
IV

[illegible] Akta Stolicy Apostolskiej

Do biblioteki Jagiellońskiej

XLIX

1



Pius P.P. IX.

Dilecte Fili salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum Nobis in animo sit, Te ad Episcopalem Dignitatem evehere, ac Suffraganeum et Coadjutorem Archiepiscopi Mohilowiensis renuntiare, mandavimus, ut prævia acta in hanc rem ex more conficiantur. Interim vero hanc familiarem Epistolam Tibi scribere existimavimus, ut de suscepto a Nobis consilio Te certiorem faciamus, ac simul paterni animi Nostri sensus Tibi amanter significemus. Non mediocri certe consolatione accepimus, Te litteris disciplinisque apprime excultum, præclaris dotibus ornatum, egregiisq[ue] sensibus animatum, optima apud probos viros opinione frui. Verum molestum Nobis fuit cognoscere, Te Dilecte Fili, semel nonnullarum Diœcesium Cœnobia, canonica in id auctoritate haud suffultum visitasse, ac minime obstitisse, quominus in istis catholicis scholis canonici juris Cathedra penitus tolleretur, et Logices ab acatholico Professore traderetur. Quod quidem quanto studio ecclesiasticus præsertim Vir omnino vitare debeat, optime nosces, cum catholicæ Ecclesiæ doctrinæ ac disciplinæ vel maxime adversetur. Itaque Dilecte Fili, Te etiam atque etiam in Domino excitamus, ut serio perpendens dignitatem, qua Te decorare cogitamus personam catholico Viro plane dignam induere, atque illam animi firmitatem et constantiam præ Te ferre velis, qua Nobis et huic Petri Cathedræ firmiter adhærens, ac veluti bonus Christi miles laborans, et aspera quæque contemnens, nullis neque curis, neque consiliis, neque laboribus parcas, quo catholicæ Ecclesiæ doctrinam, jura, disciplinam sedulo strenue, prudenterque tueri, defendere, ac majorem Dei gloriam et animarum salutem totis viribus procurare studeas. Dum autem futurum confidimus, ut Nostris desideriis sedulo satisfacere glorieris, tuum huic Nostræ Epistolæ responsum Nostræ sollicitudini congruum expectamus. Denique hac occasione libentissime utimur, ut præcipuam Nostram erga Te caritatem testemur et confirmemus, cujus pignus adjungi-

mus

Apostolicam Benedictionem, quam intimo cordis affectu Tibi ipsi Dilecte fili, amanter impertimur.
Datum Romae apud S. Mariam Majorem die 22 Augusti Anno 1847. Pontificatus Nostri Anno secundo

Pius PP. IX.

Inscriptio Brevis
Dilecto Filio
Presbytero Canonico Holovinsky
Inscriptio Obvoluti
Monsieur
Monsieur le Chanoine Holowinski
Recteur de l'Academie
a
St. Petersburg.

rdis
r.
2 An-
no

Dilecto Filio
Presbytero Canonico [illegible]

1. Odpust zupełny przy pierwszej Mszy Pont.

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Tu propediem, benedicente Domino, ad Ecclesiam tuam Mohilovien. accedere intendas, Nos animarum Christifidelium tuae curae commissarum saluti paterna charitate consulere, Teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac S. Communione refectis, qui primae Missae, quam in dtā Mohilovien. et deinde in aliis locorum insigniorum Dioecesis ptae Ecclesiis in Pontificalibus celebrabis, ac Benedictioni per Te supra populum post Missarum solemnia largiendae devote interfuerint, seu Ecclesiam, in qua Missam celebrabis eodem die devote visitaverint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dno concedimus. Praesentibus pro hac tantum vice valituris. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCCLI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Wielebnemu Bratu Ignacemu Arcybiskupowi Mohylewskiemu. Papież Pius IX-ty

A. Card. Lambruschini

Wielebny Bracie, Pozdrowienie i Apostolskie Błogosławieństwo! — Kiedy, jak Nam niedawno przełożyłeś, zamierzasz wkrótce za Błogosławieństwem Boskiem udać się do Twego Mohylewskiego Kościoła, My z Ojcowską miłością pragnąc zaradzić zbawieniu Dusz Wiernych Chrystusowych Twej pieczy poruczonych, i okazać





ku Tobie Nasze szczególniejsze względy i łaski, wszystkim obojej płci Wiernym Chrystusowym prawdziwie pokutującym, wyspowiadanym i S. Kommunią zasilonym, który na pierwszej Mszy Twojej pontifikalnie Celebrowanej w rzeczonym Mohylewskim, i poźniej w innych Kościołach miejsc znakomitszych pomienionej Dyecezyi, i przy Twojem Błogosławieństwie mającem się udzielić ludowi po skończonej Celebrze, pobożnie znajdować się będą, albo ten kościół, w którym Mszę S. uroczyście będziesz odprawiał, wtenże sam dzień bogobojnie nawiedzą, i za zgodę Panów Chrześciańskich, wytępienie Kacerstw i podwyższenie S. Matki Kościoła pobożne do Boga modły wyleją, zupełny wszystkich grzechów ich odpust i przebaczenie miłościwie w Panu udzielamy tem obecnem Pismem na raz jeden tylko znaczącem. Dano w Rzymie u S. Piotra, pod pieczęcią Rybaka dnia pierwszego kwietnia 1851 roku Papiestwa naszego roku piątego.

Aloizy Kardynał Lambruskini.

Za wierność przekładu + J. Hołowiński Arbiskup

Venerabili Fratri Ignatio
Archiepiscopo Mohiloviensi.





2. Odpust zupełny przy pierwszej wizycie.

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Aplicam Benedictionem. Cum, sicut Nobis nuper exponi fecisti Tu propediem, benedicente Dño, Ecclíam tuam Mohilovien. pro prima vice visitare intendas, Nos animarum Christifidelium tuae curae commissarum saluti, quantum cum Dño possumus, consulere, Teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac S. Communione refectis, qui die qua dicta prima vice Tuam, vel aliquam ex Ecclesiis locorum insigniorum Dioecesis stae, in actu Visitationis per Te respective faciendae, devote visitaverint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclíae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dño concedimus. Praesentibus pro hac tantum vice valituris. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die **I.** Aprilis **MDCCCLI.** Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A. Card. Lambruschini


(Wielebnemu Bratu Ignacemu Arcybiskupowi Mohylewskiemu) Papież Pius IX^ty.

Wielebny Bracie, pozdrowienie i Błogosławieństwo Apostolskie! Kiedy, jak Nam niedawno przełożyłeś, zamierzasz wkrótce za Błogosławieństwem Boskiem po raz pierwszy uczynić wizytę Twego Mohylewskiego Kościoła, My chcęc zaradzić, o ile z Panem możemy, zbawieniu Dusz Wiernych Chrystusowych Twej pieczy poruczonych, i okazać Nasze ku Tobie szczególniejsze względy i łaski, Wszystkim obojej płci wiernym Chrystusowym prawdziwie pokutującym, wyspowiadanym i S. Kommunią zasilonym, którzy w dniu, kiedy w pomienio-ny raz pierwszy katedrę Twą, albo jaki inny Kościół znakomitszych miejsc rzeczonej Dyecezyi, podczas wizyty mającej czynić przez ciebie, pobożnie nawiedzą, i za zgodę Panów Chrześciańskich, wytępienie Kacerstw i podwyższenie S. Matki Kościoła pobożne do Boga modły wyleją, zupełny wszystkich grzechów ich odpust i przebaczenie miłościwie w Panu udzielamy tém obecném pismem na raz jeden tylko za aczgiém. Dano w Rzymie u S. Piotra, pod pierścieniem Rybitwy, dnia 1° Kwietnia 1851. roku, Papiestwa Naszego roku piątego. Aloizy Kardynał Lambruskini. —



Za wierność przekładu
+ Ignacy Hołowiński Arcybiskup.

Venerabili Fratri Ignatio
Archiepiscopo Mohiloviensi



7. Odpust zupełny jeden dzień w rok powszechnej Kommunii w Katedrze.
1851. na lat siedm.

PIUS PP. IX.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, qui Ecclesiam Metropolitanam Mohiloviaen., in qua Communio Generalis de licentia Ordinarii in uno anni die per eundem Ordinarium specificando agetur, eodem die devote visitaverint, ibique Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse, misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione, praesentatione, admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCCLI.
Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A. Card. Lambruschini


Gratis pro Deo et Scriptura

Papież PIUS IX.

Wszystkim wiernym chrystusowym czytającym lub słuchającym tych listów Naszych Pozdrowienie i Błogosławieństwo Apostolskie. – Powodowani miłością pobożną dla pomnożenia wiary Wierzących i dla dusz zbawienia za pomocą niebieskich skarbów Kościoła, wszystkim obojej płci wiernym Chrystusowym prawdziwie pokutującym i wyspowiadanym, którzy Kościół Metropolitalny Mohylewski, gdzie się odbywa powszechna Kommunia za pozwoleniem miejscowego pasterza raz na rok w dniu przez tegoż Pasterza oznaczonym, pobożnie nawiedzą tego dnia i tam przyjmą Najświętszej Eucharystyi Sakrament, i za zgodę Panów Chrześciańskich, wytępienie kacerstw i podwyższenie S. Matki Kościoła pobożne do Boga modły wyleją, zupełny wszystkich grzechów ich odpust i przebaczenie; co jeszcze i duszom Wiernych Chrystusowych, które miłością z Bogiem złączone zeszły z tego świata, może się zastosować w sposob suffragiów, miłościwie w Panu udzielamy tem pismem na lat siedm tylko znaczącem. Chcemy zaś, jeśliby za proszenie, przedstawienie, udzielenie i ogłoszenie Tegoż pisma wymagano, lub dobrowolnie ofiarowano i przyjęto choćby rzecz najmniejszą, aby wówczas to pismo niemiało żadnego znaczenia. Dano w Rzymie u S. Piotra pod pierścieniem Rybitwy dnia 1. Kwietnia 1851. roku. Papieztwa naszego roku piątego.

Aloizy Kardynał Lambruskini.

za wierność przekładu + Ignacy Hołowiński Arcybiskup Mohylewski.



4. Odpust zupełny przy pierwszym synodzie na raz jeden.


PIUS PP. IX.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum sicut accepimus in Ecclesia Metropolitana Mohi-
lovien. sacra prima Synodus propediem, benedicente Domino, celebranda sit, Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium
religionem et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus
et confessis ac S. Communione refectis, qui praefatam Ecclesiam die qua dicta prima Synodus inchoabitur ac in omnibus et singulis actualis illius
celebrationis diebus devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione
pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino
concedimus. Praesentibus post celebrationem dictae Synodi minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione seu
publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae apud S. Petrum sub
Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCCLI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A. Card. Lambruschini

Gratis pro Deo et Scriptura

XVI.



5. Ołtarz uprzywilejowany na siedm lat od 1851. dla dusz w czyścu zostających. 8

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Aplicam Benedictionem. Salvatoris et D. N. J. C. vices licet immeriti gerentes in terris, ejusque exempla sectantes animabus Christifidelium in Purgatorio existentibus, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migrarunt, opportuna de thesauro Ecclae auxilia subministrare studemus, ut illis, quantum Divinae bonitati placuerit, adjutae ad coelestem patriam facilius pervenire valeant. Ea propter Nos Parochiales et Collegiatas Ecclesias tuarum Civitatis et Dioecesis Mohilovien., quae etiam ob earum tum dignitatem, tum antiquitatem semper in honore habitae sunt, ac speciali praerogativa pollent, coelestium munerum elargitione decorare volentes, supplicationibus quoque tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, revocatis in eis Altaribus Privilegiatis intuitu parocciae sive in perpetuum, sive ad tempus jam concessis, Fraternitati Tuae; ut semel per Te ipsum in qualibet ex Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis hujusmodi unum duntaxat Altare ad Septennium proximum tantum privilegio Apostolico decoratum pro animabus Christifidelium a Purgatorii poenis liberandis designare valeat; ita ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis, vel cujusvis ordinis, congregationis, et instituti regularis Missam defunctorum pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad ipsum Altare sic per Te respective designatum celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur, et D. N. J. C. ac Bmae Virginis Mariae, Stōrumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii poenis liberetur, facultatem Auctoritate Apostolica tenore ptium tribuimus ac impertimur. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Aplicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Aplicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut, si in certiorandis parochis de facultate pdta tibi tributa, aut in expediendis Litteris pro designatione Altaris Privilegiati in qualibet ex Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis hujusmodi aliquid vel minimum detur, aut a Cancellario vel aliis officialibus tuis etiam sponte oblatum recipiatur, concessiones a Te, ut ptur, faciendae nullae sint eo ipso. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die **I.** Aprilis **MDCCCLI.** Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A. Card. Lambruschini

Gratis pro Deo et Scriptura



Wielebnemu Bratu Ignacemu
Arcybiskupowi Mohylewskiemu.


Papież PIUS IX.

Wielebny Bracie, Pozdrowienie i Błogosławieństwo Apostolskie! — Sprawując na ziemi, chociażeśmy niegodni, namiestnictwo Zbawiciela Pana naszego JEZUSA Chrystusa, i wstępując w Jegoż ślady, staramy się duszom wiernym Chrystusowym w czyscu zostającym, które miłością z Bogiem połączone zeszły z tego świata, przynieść potrzebne ze skarbu Kościoła pomoce, aby niemi, o ile się podoba dobroci Boskiej, wsparte mogły przyjść łatwiej do niebieskiej ojczyzny. A przeto my, chcąc parafialne i Kollegiackie Kościoły miast Dyecezyi Mohylewskiej które bądź dla swej znakomitości, bądź dla starożytności zawsze miały znaczenie i cieszą się szczególnemi przywilejami, ozdobić jeszcze użyczeniem darów niebieskich: a także skłonieni podanemi Nam pokornie prośbami w twojem imieniu; i odwoławszy tam ołtarze uprzywilejowane stosownie do parafii bądź wiecznie bądź do czasu dozwolone: Tobie, bracie, abyś raz przez siebie samego w każdym parafialnym lub Kollegiackim Kościele tego rodzaju jeden tylko ołtarz na siedm lat następnych ozdobiony przywilejem Apostolskim dla oswobodzenia dusz wiernych Chrystusa od kar czyscowych naznaczyć mógł w ten sposób, aby kiedybądź jakikolwiek kapłan świecki, albo zakonnik jakiejkolwiek reguły, kongregacii lub instytucii mszę żałobną za jakiegokolwiek wiernego Chrystusowego duszę, która miłością z Bogiem połączona zeszła z tego świata, u pomienionego ołtarza, tak przez ciebie względnie wyznaczonego odprawi; ta sama dusza ze skarbu Kościoła w sposobie suffragii pozyskała odpust i za pomocą wspierających ją zasług Pana Naszego JEZUSA Chrystusa, Błogosławionej Dziewicy Maryi i wszystkich świętych uwolniła się od kar czyscowych, Powagą Apostolską brzmieniem tego pisma władzę dajemy i udzielamy: bez żadnej przeszkody ze strony Naszej i Kancellarii Apostolskiej reguły z prawa o nieznoszeniu lub innych Postanowień i rozporządzeń Apostolskich i wszelkich jakichkolwiek praw temu przeciwnych. Chcemy zaś, jeśliby w zawiadomieniu parafiów o pomienionej władzy Tobie udzielonej, albo w przesyłaniu listów wyznaczających ołtarz uprzywilejowany w kościołach parafialnych lub Kollegiackich tego rodzaju, cokolwiek choćby najmniejszego dano, albo od kancellaryi lub innych Twoich podrzędnych nawet dobrowolną ofiarę przyjęto, aby już tem samem za nic się uważała ta władza przez cię udzielona. Dano w Rzymie u S. Piotra, pod pierścieniem rybitwy dnia 1 Kwietnia 1851, papieztwa Naszego roku piątego.

Aloizy Kardynał Lambruskini.

Za wierność przekładu
+ Ignacy Hołowiński Arcybiskup Mohylewski

Venerabili Fratri Ignatio
Archiepiscopo Mohiloviensi.



6. Odpust zupełny przy skonaniu dożywotni:

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. Ergo omnes Christifideles in maximo instantis mortis discrimine, et in durissima tantae necessitatis hora constitutos tanto abundantius Romanus Pontifex coelestes Ecclesiae thesauros erogare, traditamque sibi divinitus opitulandi potestatem debet exercere, quanto tum major premit illos anxia aegritudo, ac pene conficit acerba tristitia, furentibus undequaque teterrimis et callidissimis hostibus, qui leonis instar rugientes adstant ut devorent, et quorum efferata rabies nisi eorum sanguine, idest aeterna animarum ruina expleri non potest. Hinc Nos, quibus licet immeritis omnes oves suas Christus in Petro pascendas dedit, ne illis unquam in extremo vitae mortalis agone aliquid detrimenti culpa Nostra contingere possit, in partem potestatis et sollicitudinis Nostrae caeteros pastores vocamus, ut sibi comparatis omnibus Apostolicae Sedis et Nostrae Auctoritatis subsidiis, majori atque uberiori eorum gregis utilitati prospiciant, facilem ad assequendam aeternitatem aditum aperiant, et horribiles hostium impetus comprimant, atque repellant. Cum itaque, sicut accepimus, Tu, qui Ecclesiae Mohiloviens. praeesse dignosceris, Benedictionem Apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis impertiendam aegrotis istius Civitatis et Dioecesis Mohiloviens. concedere posse plurimum desideres, Nos animarum Christifidelium tuae curae commissarum saluti paterna charitate consulere cupientes Fraternitati Tuae, ut, donec regimini Ecclesiae tibi demandatae praefueris, et quoties in dictis Civitate et Dioecesi tuis aliquem utriusque sexus Christifidelem in mortis articulo constitutum esse contigerit, si vere poenitens et confessus ac S. Communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu ore, si potuerit, sin minus corde devote invocaverit, et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienti atque alacri animo susceperit, toties per te ipsum seu per unum aut plures presbyteros probitate morum praeditos saeculares, seu cujusvis ordinis et instituti regulares a te ad tui libitum semel vel pluries et quandocumque opus fuerit delegandos, eligendos et deputandos, et quoad moniales illarum confessarium ordinarium, Apostolicam Benedictionem Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia et remissione impertiri libere et licite valeas, facultatem Aucte Ap.lica tenore praesentium concedimus, tribuimus, et impertimur. In contrarium faciend. non obstan. quibuscumque. Volumus autem, ut tam Tu, quam delegati et eligendi pro impertienda Benedictione et plenaria indulgentia in articulo mortis hujusmodi constitutis applicanda formulam a fel. rec: Benedicto Papa XIV. Praed. Nro in suis Litteris sub plumbo Nonis Aprilis Anno MDCCXLVII. expeditis praescriptam, quam tibi tradi mandamus, omnino adhibeatis. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Aprilis MDCCCLI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.


A. Card. Lambruschini

Wielebnemu Bratu Ignacemu
Arcybiskupowi Mohylewskiemu

Papież Pius IX.

Wielebny Bracie, Pozdrowienie i Błogosławieństwo Apostolskie! — Dla wszystkich wiernych
Chrystusowych zostających w największém niebezpieczeństwie bliskiej już śmierci i w najstraszniej-
szej godzinie tak ciężkiej potrzeby Rzymski Arcykapłan powinien tym obficiej niebieskich Koś-
cioła skarbów udzielać i danej sobie od Boga władzy ratowania używać, im większa wtedy
uciska ich niepokojąca słabość i ledwie niewypisana dręczący smutek, w pośród wściekających
się dokoła najokropniejszych i najprzewrotniejszych nieprzyjaciół, którzy jak lew ryczące otaczają
by pożréć, i których dzika zajadłość nie może się nasycić inaczej jak tylko ich krwią, t. j. ruiną
dusz wiekuistą. My przeto, którym acz niegodnym Chrystus powierzył w Piotrze paszenie wszyst-
kich swych owiec, aby na nich kiedykolwiek w ostatnim życia śmiertelnego zgonie nie przypadł
szwank żaden przez Naszą winę, wzywamy do uczestnictwa w Naszej władzy i troskliwo-
ści innych pasterzów, aby wyjednawszy sobie wszystkie Apostolskiej Stolicy i Naszej powagi
pomoce, czuwali ku większemu i obfitszemu swej trzody pożytkowi, otwierali łatwiejszy
wstęp ku osiągnieniu wieczności, wstrzymywali i odpędzali straszne wrogów najazdy. Gdy prze-
to, jakeśmy się dowiedzieli, Ty, co przewodniczysz Kościołowi Mohylewskiemu, bardzo prag-
niesz, aby Apostolskie Błogosławieństwo z odpustem zupełnym dającym się przy skona-
niu mogło chorym tego miasta i Dyecezyi Mohylewskiej być udzielone: My żądając
w miłości Ojcowskiej zaradzić zbawieniu dusz wiernych Chrystusowych Twej pieczy
powierzonych, Tobie Bracie, abyś, dopokąd urzędzie Kościoła tobie przekazanym będ-
dziesz przełożonym, ilekroć w rzeczonem mieście i Dyecezyi komukolwiek obojga płci
wiernych Chrystusowych zdarzy się być w godzinie skonania, byleby był prawdzi-
wie pokutujący, wyspowiadany, i Świętą Kommunią zasilony, albo gdyby tego nie-
mógł uczynić, przynajmniej w skrusze imię JEZUSA ustami, kiedy jest w stanie, jeśli zaś
nie może, sercem pobożnie wzywał, i śmierć, jako zapłatę grzechu, umysłem cierpliwym
i ochoczym z rąk Pańskich przyjął: tylekroć przez ciebie samego, albo przez jednego
lub wielu przykładnych Kapłanów świeckich lub zakonnych jakiegokolwiek instytutu
i reguły, przez ciebie wedle twego upodobania raz lub wiele razy i kiedykolwiek
byłaby potrzeba delegowanych, wybranych i deputowanych, a dla zakonnic dele
gujesz zwyczajnego ich Spowiednika, wolnie i godziwie będziesz mógł Apostolskie
Błogosławieństwo z odpustem zupełnym i przebaczeniem ich grzechów udzielać władzę
powagą Apostolską, brzmieniem obecnego pisma pozwalamy, dajemy i udzielamy, bez
żadnej przeszkody wszystkiego coby się temu sprzeciwiało. Chcemy jeszcze abyś ty i twoi dele-
gowani i wybrani dla udzielenia Błogosławieństwa i zupełnego odpustu umierającym
używali koniecznie formuły przepisanej przez szczęśliwej pamięci Benedykta Czternas
tego, Papieża, Poprzednika Naszego w jego listach pod pierścieniem dnia 1 kwiet-
nia roku 1747 wydanych, którą formułę kazaliśmy Tobie wydać. Dano w Rzy
mie u Świętego Piotra pod pierścieniem Rybitwy dnia 1. Kwietnia MDCCCLI, Pa
pieztwa Naszego roku piątego. — Aloizy Kardynał Lambruskini. —
Za wierność przekładu Ignacy Hołowiński Arcybiskup Mohylewski

Venerabili Fratri Ignatio
Archiepiscopo Mohiloviensi



7. Błogosławieństwo z odpustem zupełnym dwa razy do roku t.j. na Wielkanoc i inny dzień do wyboru.

PIUS PP. IX

Venerabilis Frater, salutem et Aplicam Benedictionem. Salvator Noster Jesus Christus post acerbissimam suam passionem, et gloriosam resurrectionem discipulis suis, quos cum dilexisset, in finem dilexit eos, elevatis manibus benedixit, exemploque suo edocuit, quid eos, quos in gubernanda Catholica Ecclesia successores ac Vicarios suos in terris relinquebat, in Dno facere oporteret. Quare ex veteri more et venerando Aplicae Sedis instituto Romani Pontifices Praedecessores Nri sacratissimis quibusdam diebus adstanti Christiano populo post Sacra Missarum Solemnia Benedictionem impertiri et coelestes Ecclesiae thesauros, plenaria omnium peccatorum indulgentia concessa, super eos aperire consueverunt. Sed quoniam fieri non potest, ut omnes, qui ubique terrarum sunt fideles statis illis diebus Romae se praesentes sistant, plurimi autem Apostolicae Benedictionis participes fieri flagrantissime desiderent, Nos quibus licet immerentibus universas oves suas Jesus Christus in Petro pascendas commisit, ne piorum desideria frustrata remaneant paterna charitate, qua Christianos omnes complectimur, super hac re providere, ac Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis, nec non dilectis filiis praelatis inferioribus pontificalium usum, territoriumque separatum cum vera qualitate nullius habentibus Apostolicae Benedictionis impertiendae munus cuique eorum postulanti concedere decrevimus. Cum itaque sicut accepimus Tu, qui Ecclesiae Mohiloviens. praeesse dignosceris Apostolicam Benedictionem hujusmodi cum indulgentia plenaria Christifidelibus istius Civitatis et Dioecesis Mohiloviens. id maxime exoptantibus impertiri posse plurimum cupias; hinc est quod Nos in hac sublimi Principis Apostolorum Cathedra meritis licet imparibus constituti Romanorum Pontificum Praedecessorum Nrorum vestigiis insistentes, ad augendam fidelium religionem, animarumque salutem procurandam intenti, piis tuis, tuique populi desideriis ac votis, quantum cum Dno possumus, satisfacere volentes Fraternitati Tuae, donec regimini Ecclesiae Tibi demandatae praefueris, in duabus cujuslibet anni solemnitatibus, videlicet die Paschatis, qua festivitate nulla est excellentior, per quam in Ecclesia Dei universarum solemnitatum dignitas consecratur, et alio die festo arbitrio et voluntate tua eligendo facultatem solemniter benedicendi populo cum plenaria omnium peccatorum indulgentia Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine et Auctoritate, post Sacra Missarum Solemnia, juxta ritum et formulam quam Tibi tradi mandamus, tenore praesentium Aucte Aplica ptta concedimus, tribuimus, elargimur. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 1. Aprilis MDCCCLI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

A. Card. Lambruschini



XIV.


PAPIEŻ Pius IX

Wielebnemu Bratu Ignacemu
Arcybiskupowi Mohylewskiemu.

Venerabili Fratri Ignatio
Archiepiscopo Mohiloviens.

"Wielebny Bracie, Pozdrowienie i Błogosławieństwo Apostolskie! "Zbawiciel Nasz JEZUS Chrystus po swéj najokrutniejszéj Męce i Chwalebném Zmartwychstaniu Uczniom Swoim, których gdy ukochał do końca ich kochał, podniesionemi rękami błogosławił, i przykładem swoim nauczył, co należało czynić tym, których w zarządzie Katolickiego Kościoła zastępcami i namiestnikami Swemi na ziemi zostawił. Przeto z dawnego zwyczaju i czcigodnego Apostolskiéj Stolicy postanowienia Rzymscy Arcykapłani Poprzednicy Nasi w najuroczystszych niektórych dniach obecnemu Ludowi Chrześciańskiemu po spełnionej Celebrze Mszy Świętéj zwykli Błogosławieństwo dawać i nad niemi otwierać niebieskie skarby Kościoła udzieleniem zupełnego wszystkich grzechów odpustu. Lecz ponieważ stać się niemoże, aby wszyscy Wierni po całéj przestrzeni ziemskiéj rozsypani mogli w tych dniach postanowionych być przytomnemi w Rzymie, a mnóstwo jest najgoręcéj pragnących dostąpić uczestnictwa w Apostolskiém Błogosławieństwie: My więc, którym acz niegodnym JEZUS Chrystus powierzył w Piotrze paszenie wszystkich Swych owiec, aby niezostały próżnemi pobożne ich życzenia, przez miłość ojcowską, którą wszystkich Chrześcian obejmujemy, postanowiliśmy w téj rzeczy zaradzić i Wielebnym Braciom Naszym Patryarchom, Prymasom, Arcybiskupom i Biskupom, jak i Kochanym Synom Prałatom niższym posiadającym użycie Pontyfikalnych znamion i oddzielną jurysdykcyę w stronach innym niepodległych dar udzielania Apostolskiego Błogosławieństwa każdemu z nich proszącemu wręczyć. Gdy przeto, jakeśmy się dowiedzieli, Ty przewodniczący Kościołowi Mohylewskiemu bardzo żądasz, abyś mógł udzielić Apostolskiego w tym rodzaju Błogosławieństwa przy zupełnym odpuście Wiernym Chrystusowym Miasta i Dyecezyi Mohylewskiéj: a przeto My na téj szczytnéj Xięcia Apostołów Katedrze chociaż z nieodpowiednemi zasługami postawieni, wstępując w ślady Rzymskich Biskupów Naszych Poprzedników, mając na celu pomnożenie wiary wierzących i przysposobienie ku zbawieniu dusz, chcąc pobożnym twoim i twego ludu żądaniom zadość uczynić, Tobie, Bracie, dopokąd w sprawowaniu przekazanego ci Kościoła będziesz przełożonym w dwóch każdego lata uroczystościach, to jest, w dzień Wielkanocy, nad które Święto nie masz większego i przez które w Kościele Bożym uświęca się dostojeństwo wszystkich uroczystości, i w inny dzień świąteczny wedle woli i upodobania Twego obrany, władzę uroczyście Błogosławienia Ludowi z odpustem zupełnym wszystkich grzechów, w Naszym i Rzymskiego Biskupa, jaki wówczas będzie, Imieniu i Powadze, po skończonéj Celebrze Mszy świętéj, wedle obrzędu i formuły, którąśmy kazali ci wydać, mocą Apostolską, ~~udziela~~ dajemy, udzielamy, użyczamy, bez żadnéj przeszkody wszystkiego coby się mogło temu sprzeciwiać. Dano w Rzymie u Świętego Piotra, pod pieczęcią Rybitwy, dnia 1. Kwietnia MDCCCLI, Papieztwa Naszego roku piątego.

Aloizy Kardynał Lambruschini.



Za wierność przekładu
Ignacy Hołowiński Arcybiskup Mohylewski.





RITUS ET FORMULA

BENEDICTIONIS APOSTOLICAE

Ritus, et Formula a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis pro impertienda Benedictione, una cum plenaria Indulgentia post Missarum solemnia, triplici signo Crucis emisso, et in Episcopali Trono, cum Mitra, caeterisque sacris paramentis indutis circumstantibus Ministris, adhibendus, quod congrue de Praelatis inferioribus intelligatur, talis esse debet:

Expleta in utraque Solemnitate Missae Solemnis celebratione, in primis alta voce, per Ministrum Superpelliceo indutum leguntur Litterae Apostolicae, quibus Indulgentia Plenania cenceditur, una cum potestate Benedictionem Apostolicam supra Populum effundendi, ut de delegatione adstantibus constet, et concessio ex latino sermone in vulgarem ad Populi intelligentiam, translata recitetur. Po-

stea Episcopus surgens, juxta Ritum in Caeremoniali Episcoporum expressum, dicet:

Precibus et meritis Beatae Mariae semper Virginis, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Joannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum:

Misereatur vestri Omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos JESUS CHRISTUS ad vitam aeternam.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium verae, et fructuosae poenitentiae, cor semper poenitens, et emendationem vitae, perseverantiam in bonis operibus tribuat Vobis Omnipotens et misericors Dominus. ℟. *Amen.*

Et Benedictio Dei Omnipotentis PA ✠ TRIS, et FI ✠ LII, et SPIRITUS ✠ SANCTI descendat super Vos, et maneat semper. ℟. *Amen.*

Demum post impertitam Benedictionem, publicabitur latino, et vernaculo idiomate concessio Plenariae Indulgentiae, sequenti Formula:

Attentis facultatibus a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro Summo Pontifice N. N. in enunciatis Apostolicis Literis expressis, datis Reverendissimo Domino, Domino N., Dei, et Apostolicae Sedis gratia, hujus Sanctae N. Ecclesiae Antistiti; eadem Dominatio

Sua Reverendissima, Summi Pontificis Nomine, dat et concedit omnibus hic praesentibus vere poenitentibus, et confessis, et sacra Communione refectis Indulgentiam Plenariam in forma Ecclesiae consueta. Rogate igitur Deum pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri PAPAE, Dominationis Suae Reverendissimae, et Sanctae Matris Ecclesiae.

Opierając się na władzy od Ojca świętego PIUSA IX^go^ wyrażonej w przeczytanym Liście Apostolskim, danej zaś Najprzewielebniejszemu Ignacemu Hołowińskiemu, z Łaski Bożej i Stolicy Apostolskiej tego Świętego Mohylewskiego Kościoła Arcypasterzowi, tenże Sam Najprzewielebniejszy w imieniu Ojca Świętego daje i udziela wszystkim tu przytomnym prawdziwie skruszonym, wyspowiadanym i S. Komunią zasilonym odpust zupełny w zwyczajnej Formie Kościoła. Proście przeto Boga za pomyślność Ojca Świętego, Najprzewielebniejszego Arcybiskupa i Świętej Matki Kościoła.

ROMAE » Ex Typographiae Rev. Cam. Apostolicae.

N° 19





FORMULA

BENEDICTIONIS APOSTOLICAE

A FEL. REC.

BENEDICTO PAPA XIV.

PRAESCRIPTA

CHRISTIFIDELIBUS IN MORTIS ARTICULO CONSTITUTIS CUM PLENARIA INDULGENTIA IMPERTIENDAE.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Coelum, et Terram.

Antiphona

Ne reminiscaris Domine delicta Famuli tui (*vel* Ancillae tuae) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac Servum tuum (*vel* Ancillam tuam , *et sic deinceps*),
℟. Deus meus sperantem in Te.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius Famulum tuum N. , quem tibi vera fides, et spes christiana commendant, visita eum in salutari tuo , et per Unigeniti Tui Passionem , et Mortem omnium ei delictorum suorum remissionem , et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat , et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confiteor etc. *Sacerdos dicat* Misereatur etc. *deinde* :

Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi , atque solvendi , per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam

in Baptismate recepisti; Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris etc.

Per Sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te Omnipotens Deus, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

N° 20 —

10. Władze Penitencjarjusza w Konfesjonale, i Za.   2
15

CASTRUCCIUS
MISERATIONE DIVINA EPISCOPUS PRAENESTINUS

S. R. E.

CARDINALIS CASTRACANE
DE ANTELMINELLIS

SS. DD. PAPAE ET SEDIS APOSTOLICAE

MAJOR POENITENTIARIUS.

Vobis Ven: in Christo Patri Ignatio Holowinski Archie=piscopo Mohiloviensi per Quinquennium duraturas

infrascriptas communicamus facultates, quibus pro Foro Conscientiae per Vos, sive per Vestrum Vicarium in Spiritualibus Generalem, dummodo in Sacro Presbyteratus Ordine sit constitutus, etiam extra Sacramentalem Confessionem pro Grege Vobis commisso, et infra fines Vestrae Dioecesis tantum, atque de speciali, in unoquoque casu exprimenda, Sedis Apostolicae Auctoritate Vobis delegata, uti valeatis; easque Canonico Poenitentiario, necnon Vicariis Foraneis pro Foro pariter Conscientiae, sed in actu Sacramentalis Confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si Vobis placuerit: aliis vero Confessariis cum ad vos, sive ad praedictum Vicarium Generalem in casibus particularibus Poenitentium recursum habuerint pro exposito casu impartiri possitis, nisi ob peculiares causas aliquibus Confessariis a Vobis specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio Vestro statuendum, illas communicare judicabitis.

I. Absolvendi ab Excommunicatione ob manus violentas injectas in Clericos, aut Presbyteros, vel in Regulares, dummodo non fuerit sequuta mors, vel mutilatio, seu lethale vulnus, aut ossium fractio; et dummodo Casus ad Forum externum de-

ducti non fuerint; injunctis injungendis, et praesertim; ut parti laesae competenter satisfiat.

II. Absolvendi a Censuris contra Duellantes inflictis, in Casibus dumtaxat ad Forum Externum non deductis: Injuncta gravi poenitentia salutari, et aliis injunctis, quae fuerint de jure injungenda.

III. Absolvendi quoscumque Poenitentes sive Viros, sive Mulieres (exceptis Haereticis publicis, sive publice Dogmatizantibus) a quibusvis Sententiis, a Censuris, et Poenis Ecclesiasticis incursis ob Haereses tam nemine audiente, vel advertente, quam coram aliis externatas ob Infidelitatem, et Catholicae Fidei abjurationem private admissas, Sortilegia, ac Maleficia etiam cum sociis patrata, necnon ob Daemonis invocationem cum pacto donandi Animam, eique praestitam Idololatriam, ac Superstitiones exercitas, ac demum ob quaecumque insinuata falsa Dogmata; postquam tamen Poenitens Complices si quos habeat, prout de jure denunciaverit, et quatenus ob justas causas nequeat ante absolutionem denunciare, facta a Poenitente seria promissione denunciationem peragendi cum primum, et meliori modo, quo fieri poterit; Et postquam in singulis casibus coram Absolvente haereses secrete abjuraverit; et pactum cum maledicto Daemone initum expresse revocaverit, tradita eidem Absolventi singrapha forsan exarata, aliisque mediis superstitiosis, ad omnia comburenda, seu destruenda; Injuncta pro modo excessuum gravi Poenitentia salutari cum frequentia Sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas, coram quibus haereses manifestavit, et reparandi illata scandala.

IV. Absolvendi a Censuris incursis ob violationem Clausurae Regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit cum intentione ad malum finem, etiam effectu non sequuto, et dummodo casus non fuerint ad Forum Externum deducti, cum congrua Poenitentia salutari. Et insuper absolvendi Mulieres tantum a Censuris, et poenis Ecclesiasticis, ob violationem ad malum finem Clausurae Virorum Religiosorum incursis, dummodo tamen Casus occulti remaneant; injuncta gravi Poenitentia salutari; cum prohibitione accedendi ad Ecclesiam, et Conventum, seu Coenobium dictorum Religiosorum, durante occasione peccandi.

V. Absolvendi a Censuris ob retentionem, et lectionem Librorum prohibitorum incursis, postquam tamen Poenitens Libros prohibitos, quos in sua potestate retineat, prout de jure consignaverit, seu consignari fecerit, cum congrua salutari Poenitentia.

VI. Absolvendi a casu Sedi Apostolicae reservato ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus; injuncta Poenitenti, quando agitur de muneribus infra valorem decem scutorum, aliqua eleemosyna Absolventis judicio taxanda, et caute eroganda, cum primum poterit, in beneficium Religionis, cui facienda esset restitutio; dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de Bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera, vel fuerint ultra valorem scutorum decem, vel constet fuisse de Bonis propriis Religionis, facta prius restitutione, quam si de praesenti adimplere nequeat, praestita in manibus Absolventis obligatione restituendi intra terminum eius arbitrio praefiniendum, alias sub reincidentia.

VII. Absolvendi Religiosos cujuscumque ordinis (etiam Moniales; per Confessarios tamen pro ipsis a Vobis approbatos, vel specialiter deputandos) non solum a praemissis, sed etiam a Casibus, et Censuris in sua Religione reservatis.

VIII. Dispensandi ad petendum Debitum Conjugale cum Transgressore Voti Castitatis, qui Matrimonium cum dicto Voto contraxerit: hujusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem Votum servandum teneri, tam extra licitum Matrimonii usum, quam si Marito, seu Uxori respective supervixerit.

IX. Dispensandi cum Incestuoso, sive Incestuosa, ad petendum debitum Conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum Consanguinea, vel Consanguineo, sive in primo; sive in primo et secundo; sive in secundo gradu suae Uxoris, seu respective Mariti: remota occasione peccandi: Et injuncta gravi poenitentia salutari, et Confessione Sacramentali quolibet mense, per tempus arbitrio Dispensantis statuendum.

X. Dispensandi super occulto Impedimento Primi, necnon Primi, et Secundi, ac Secundi tantum Gradus Affinitatis ex illicita carnali copula provenientis, quando agatur de Matrimonio cum dicto Impedimento jam contracto: Et quatenus agatur de copula cum suae putatae Uxoris Matre, dummodo illa secuta fuerit post ejusdem putatae Uxoris nativitatem, et non aliter: monito Poenitente de necessaria secreta renovatione Consensus cum sua putata Uxore, aut suo putato Marito, certiorato, seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute, ut ipsius Poenitentis delictum nusquam detegatur; remota occasione peccandi, ac injuncta gravi Poenitentia salutari et Confessione Sacramentali semel in mense per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

Item. Dispensandi super dicto occulto Impedimento, seu Impedimentis Affinitatis ex Copula illicita etiam in Matrimoniis contrahendis, quando tamen omnia parata sint ad Nuptias, nec Matrimonium absque periculo gravis Scandali differri possit usque dum ab Apostolica Sede obtineri possit Dispensatio; Remota semper occasione peccandi, et firma manente conditione, quod copula habita cum Matre Mulieris hujus nativitatem non antecedat; Injuncta in quolibet casu poenitentia salutari.

XI. Dispensandi super occulto Criminis Impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de Matrimonio jam contracto: monitis putatis Conjugibus de necessaria Consensus secreta renovatione: ac injuncta gravi Poenitentia salutari, et Confessione Sacramentali semel quolibet mense per tempus Dispensantis pariter arbitrio statuendum.

XII. Dispensandi super Impedimento Tertii, seu Tertii, et Quarti, vel Quarti simplicis Gradus, sive Graduum Consanguinitatis, vel Affinitatis, super quo, seu quibus obtenta fuerit Dispensatio ab Apostolica Sede, et in Litteris hujusmodi Dispensationis reticita fuerit incestuosa copula, quae tamen occulta remaneat. Ac etiam Dispensandi, seu revalidandi ejusmodi Litteras irritas, ac nullas redditas ex Incestu, sive post petitam Dispensationem, sive post illius expeditionem, et ante respectivam executionem patrato, ac iterato usque ad eamdem executionem,

N° 1.

in casibus semper occultis, sive agatur de Matrimonio contrahendo, sive jam contracto: monitis in Matrimonio contracto putatis Conjugibus de necessaria mutui Consensus secreta renovatione; Injuncta in singulis casibus congrua Poenitentia salutari.

XIII. Praeterea absolvendi a Censuris, et Poenis Ecclesiasticis eos, qui Sectis vetitis, Massonicis, aut Carbonariis, aliisque similibus nomen dederunt, aut favorem praestiterunt, postquam tamen a respectiva secta omnino se separaverint, eamque abjuraverint, libros, manuscripta, ac signa sectam respicientia, si quae retineant, in manibus Absolventis consignaverint ad ordinarium quamprimum caute transmittenda, veraeque poenitentiae signa exhibuerint: firma obligatione denunciandi sectae socios, ac magistros, prout de Jure, et quoad Carbonarios, eos omnes, de quibus in §. Praecipimus, Bullae « Ecclesiam a Jesu Christo » a fel. rec. Pio VII. editae, et a Papa Leone XII. confirmatae. Injuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentalis confessionis; Aliisque injunctis de Jure injungendis.

Datum Romae ex Aedibus Nostris die 1. Aprilis 1851.

[illegible signature]

GRATIS UBIQUE

Folchi

E. Ballerati S. S. Secretarius

11. Wład. 28 ad Ojca J.

3
17

F. I.

FACULTATES CONCESSAE A SS. D. N. D. Pio Divina Providentia PP. IX. R. P. D. Ignatio Holowinski Archiepo. Mohiloviensi

1. Conferendi ordines extra tempora et non servatis interstitiis usque ad presbyteratum inclusive, si Sacerdotum necessitas ibi fuerit.

2. Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis quae vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt; et in his etiam duobus casibus, si praecisa necessitas operariorum ibi fuerit, si tamen, quoad homicidium voluntarium, ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

3. Dispensandi super defectu aetatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad sacerdotium, si alias idonei fuerint.

4. Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera, et dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis et religionis.

5. Absolvendi et dispensandi in quacumque simonia; et in reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis injuncta aliqua eleemosyna vel poenitentia salutari arbitrio dispensantis, vel etiam retentis beneficiis, si fuerint parochialia et non sint qui parochiis praefici possint.

6. Dispensandi in 3° et 4°. consanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum et in 2° 3° et 4°. mixtis, non tamen in 2°. solo quoad futura matrimonia; quod vero ad praeterita etiam in 2°. solo, dummodo nullo modo attingat primum gradum, cum his qui ab haeresi vel infidelitate convertuntur ad fidem catholicam, et in praefatis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

7. Dispensandi super impedimento publicae honestatis justis ex sponsalibus proveniente.

8. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, et restituendi jus amissum petendi debitum.

9. Dispensandi in impedimento cognationis spiritualis, praeterquam inter levantem et levatum.

10. Hae vero dispensationes matrimoniales videlicet 6ª 7ª 8ª et 9ª. non concedantur, nisi cum clausula: dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat: et in dispensatione tenor hujusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

11. Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

12. Conficiendi olea sacra cum Sacerdotibus quos potuerint habere; et si necessitas urgeat, etiam extra diem Coenae Domini.

13. Delegandi simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missae necessaria ubi non intervenit sacra unctio; et reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta; et in casu necessitatis, etiam aqua non benedicta ab Episcopo.

14. Largiendi ter in anno Indulgentiam plenariam contritis, confessis ac sacra communione refectis.

15. Absolvendi ab haeresi et apostasia a fide et a schismate quoscumque etiam ecclesiasticos, tam saeculares quam regulares; non tamen eos qui ex locis fuerint ubi sanctum Officium exercetur, nisi in locis missionum in quibus impune grassantur haereses deliquerint, nec illos qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sunt ubi impune grassantur haereses, et post judicialem abjurationem illuc reversi in haeresim fuerint relapsi, et hos in foro conscientiae tantum.

16. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis etiam in bulla Coenae Domini contentis.

17. Concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt.

18. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione 40. horarum ter in anno indicenda diebus Episcopo bene visis, contritis et confessis et sacra communione refectis, si tamen ex concursu populi et expositione sanctissimi Sacramenti nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab haereticis et infidelibus, aut offensionis a magistratibus.

19. Lucrandi sibi easdem Indulgentias.

20. Singulis secundis feriis non impeditis officio 9. lectionum, vel eis impeditis, die immediate sequenti, celebrandi Missam de requie in quocumque altari etiam portatili, liberandi animas secundum eorum intentionem a purgatorii poenis per modum suffragii.

21. Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendi, praeterquam, ad tempus tamen, iis Sacerdotibus quos praecipue idoneos atque honestos esse sciat, libros prohibitos, exceptis operibus Dupuy, Volney, M. Reghellini, Pigault, le Brun, De Potter, Bontham, J. A. Dulaure, Fêtes et Courtisanes de la Grece, Novelle di Casti, et aliis operibus de obscoenis, et contra Religionem ex professo tractantibus.

22. Praeficiendi parochiis regulares, eisque suos deputandi vicarios in defectu saecularium, de consensu tamen suorum superiorum.

23. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima Missa non sumpserit ablutionem, per unam horam ante auroram et aliam post meridiem sine ministro et sub dio et sub terra, in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum vel sine reliquiis Sanctorum, et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrari non possit. Caveat vero, ne praedicta facultate seu dispensatione celebrandi bis in die aliter quam ex gravissimis causis et rarissime utatur, in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quod si hanc eamdem facultatem alteri Sacerdoti juxta potestatem inferius apponendam communicare, aut causas ea utendi alicui qui a sancta Sede hanc facultatem obtinuerit approbare visum fuerit, serio ipsius conscientiae injungitur ut paucis dumtaxat, iisque maturioris prudentiae ac zeli et qui absolute necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit et ad breve tempus eamdem communicet, aut respective causas approbet.

24. Deferendi sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

25. Induendi se vestibus saecularibus, si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa vel in eis permanere non poterunt.

26. Recitandi rosarium vel alias preces, si breviarium secum deferre non poterunt, vel divinum officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

27. Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore jejuniorum et quadragesimae.

28. Praedictas facultates communicandi, non tamen illas quae requirunt ordinem episcopalem, vel non sine sacrorum oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis qui in eorum dioecesibus laborabunt, et praesertim tempore sui obitus, ut sede vacante sit qui possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quod quam primum fieri debebit per delegatos vel per unum ex eis, alio modo provideat: quibus delegatis auctoritate apostolica facultas conceditur, sede vacante et in casu necessitatis, consecrandi calices, patenas et altaria portatilia sacris oleis ab Episcopo tamen benedictis.

29. Et praedictae facultates gratis et sine ulla mercede exerceantur, et ad decennium tantum concessae intelligantur, nec illis uti possit extra fines suae dioecesis.

Ex Audientia SSmi habita die 6 Aprilis 1851. SSmus Dnus Noster Pius Divina Provid. PP. IX referente me infrascripto S. Congnis de Propaganda Fide Secret. benigne concessit R. P. D. Ignatio Holowinski praedictas facultates ad decennium ita tamen ut iisdem nullo modo utatur extra fines suae jurisdictionis, et non nisi cum catholicis Latini ritus in Imperio Russiaco commorantibus.

Dat. Romae ex Aed. dictae S. Congnis die et anno ut supra.

Gratis sine ulla omnino solutione quocumque titulo.

Al. Barnabò a Secretis

N° 2.

M. 12. Władza mocy przyjętych do kościołów, ołtarzów i dni przenoszenia do innych kościołów ołtarzów i dni na lat 3. VI
1833. 13

Bme Pater


Modernus Archiepiscopus Mohiloviensis humillime exponit S^ti V^rae nonnulla Missarum onera certis quibusdam Ecclesiis, Altaribus, et diebus affixa reperiri quibus vel ob Sacerdotum penuriam vel ob aliam justam, et rationabilem causam nequit in iis satisfieri: Ne igitur hujusmodi Missarum celebratio retardetur, vel etiam omittatur, enixe rogat S^tem V^ram, ut dignetur facultatem ipsi concedere, ut quoties necessitas id exegerit, nec Divinus Cultus in Ecclesiis iisdem minuatur, aut Populi comoditati prejudicium inferatur, possit ea onera ad alias Ecclesias, dies, vel Altaria, diversis enunciatis circumstantiis, et in alia etiam Loca, si opus fuerit, intra ipsam tamen Diœcesim existentia transferre: Orator enim de exacto ipsorum onerum adimplemento ab iis ad quos pertineat, rationem exigere non praetermittet; et Deus [illegible]

Die 7. Aprilis 1851: = Ssmus Dns Noster, audita relatione infrascripti Sub-Secretarii Sac. Congnis Concilii, Archiepiscopi Oratoris precibus benigne annuit juxta petita per Triennium tantum, ita tamen ut, celebrato majori qui fieri poterit Missarum numero in designatis Ecclesiis, diebus præsertim festis, et exceptis legatis quorum implementum haberi potest per augmentum eleemosynæ juxta vires reditus aut heredum obligationes, reliquas Missas pro ejus arbitrio et conscientia celebrare facere possit et valeat in aliis Ecclesiis

[illegible]

Ecclesiis ejusdem tamen Diœcesis, et docto quotannis coram eodem Archiepiscopo de adimplemento, et integra enunciatarum Missarum celebratione. ═══ ═══ ═══ ═══ ═══

A. Card. Maius Praef.s



A. Tomassetti Sub-Secrius

N° 10.

13: o Mszach niewypełnionych na lat 3. 9834. VII 121

M.

Beatissime Pater

Modernus Archiepiscopus Mohiloviensis S.tis V.rae Orator humillimus omni, quo decet, obsequio, et observantia exponit sese animadvertere multa Legata Pia suae Dioecesis et Missarum perpetuarum onera respective inadimpleta existere, signanter propter redituum diminutionem, et insufficientiam, Possessorumque impotentiam, aliisque ob circumstantiis: Qua de re facultatem supplicat sibi impertiri tum in actu Visitationis, quam extra eam pauperes super praeteritis omissionibus absolvendi, nec non hujusmodi Missarum onera reducendi ad normam Juxta dec. Clem. Benedicti XIII. in postremo Romano Concilio impressi; Et Deus &c.

Die 7. Aprilis 1851: = Ssmus Dnus Noster, audita relatione infrascripti Sub-Secretarii Sac. Congnis Concilii, Archiepi Oratoris precibus benigne annuens facultatem eidem impertitus est infra Triennium proximum tantum absolvendi vere pauperes super praeteritis omissionibus adimplementi onerum Missarum perpetuarum dumtaxat injuncta singulis ex iisdem enunciata absolutione indigentibus juxta locorum, personarum, ac temporum circumstantias, ac quantitatem Missarum omissarum aliqua celebratione pro unica vice nonnullorum Sacrorum in suffragium animarum Testatorum applican. pro quibus Missae erant celebrandae

celebrandæ, celebrateque minime fuerunt, et aliquo pio opere per modum suffragii ut supra itidem applicari. Quo vero ad futurum facultatem similiter tribuit eidem Archiepiscopo Oratori ut, dicto perdurante Triennio, præfata Missarum perpetuarum onera suæ Diœcesis, dummodo alias reducta non fuerint, ad tramites indulti sa: mem: Benedicti XIII. in postrema Romana Synodo impressi, illiusque forma et tenore in omnibus ad amussim servatis, pro suo arbitrio et conscientia gratis reducere et moderari possit et valeat. = = = = = = = = =

A. Card. Mai Praefs

A. Tomassetti Sub-Secrius

N° 9 -

1723

Beatissime Pater


Ignatius Holowinski jam ab anno 1848 Electus Episcopus Curiensis in partibus infidelium ac Coadjutor cum futura successione R. P. D. Casimiro Dmochowski in metropolitana Ecclesia Mohiloviensi, nunc cum per obitum Dicti Casimiri Archiepiscopi successioni praefatae locus factus fuerit supplicat Sanctitati Vestrae ut sibi concedatur ... privilegiati personalis Quotidiani. Quod (

14. Ołtarz uprzywilejowany dla siebie.

No 6.

Ex Audientia SSmi
Die 5. Aprilis 1851.

SSmus benigne annuit pro Indulto Personali Altaris Privilegiati quotidiano. —
Pro Dno Card. li J. Ferretti
L. Avevardi Substus



W. Folchi

Beatissime Pater

Ignatius Holowinski jam ab anno 1848 Electus Episcopus Ca-
rysten in partibus Infidelium ac Coadjutor cum futura Successione
R. P. D. Casimiro Dmochowski in Metropolitana Ecclesia Mohilo-
viensi; nunc cum per Obitum dicti Casimiri Archiepiscopi Succes-
sioni praefatae locus factus fuerit Supplicat Sanctitati Vestrae
ut sibi facultas concedatur benedicendi Decem millia Sacra nu-
mismata seu Crucifixos cum Indulgentia plenaria in Articulo mor-
tis totidemque coronas cum Indulgentiis Divae Birgittae annu-
xatis Quod Et



15. 10000 medalików i krzyżyków.
10,000 koronek.—

No 5

Ex Audientia SSmi
Die 5.a Aprilis 1851.

SSmus D. N. Archiepiscopo Oratori facultatem tribuit benedicendi extra Urbem decem mille Cruces, seu Crucifixos seu sacra Numismata, totidemque Coronas precatorias cum applicatione Indulgentiarum, quae in Elencho edito ex Typographia R. C. A. descriptae reperiuntur.—

Pro Dno Cardli G. Ferretti
L. Averardi Subitus



Ostolski

Mochilowien

Sub Russiarum Ditione

Commissionis processus ad Archiepiscopatum

Mochilowiensi Ecclesiae, vacanti per obitum R. P. D. Ignatii Pawlowski postremi ejus antistitis, Sanctissimus Dominus Noster Pius hujus nominis Nonus divina providentia P. O. M. consulturus, sibi proposuit ad archiepiscopalem illam Cathedram promovere R. P. D. Casymirum Dmokowski Miltensem in partibus infidelium Episcopum, Ecclesiaeque Vilnensis Suffraganeum. Idcirco Beatitudo Sua interea mandavit canonicam inquisitionem, quam processum appellant, super hodierno Ecclesiae Mochilowiensi statu, nec non super praecommendati Promovendi requisitis, meritis, et qualitatibus committi cum facultatibus in id necessariis et opportunis R. D. Presbytero Holowinski in Luceoriensi Cathedrali Canonico, qui satagat, ut ad formam instructionis

Ur-

Urbani PP. VIII hic annexam prefatum conficiat processum, et simul ac eum authentica forma exaraverit Romam diligenter transmittat. Quocirca Sanctitas Sua jussit hoc edi decretum inter acta Sacrae Congregationis Consistorialibus rebus prepositae de more conservandum. Datum Romae hac die 22. Januarii anno Domini 1848.

Dominicus Meli-Lupi Soragna Sac. Congnis Consistorialis Secrets.

Urbani PP. VIII hic annexam prefatum conficiat processum, et simul ac eum authentica forma exaraverit Romam diligenter transmittat. Quocirca Sanctitas Sua jussit hocce decretum inter acta Sacre Congregationis Consistorialibus rebus preposite de more conservandum. Datum Rome hac die 22. Januarii anno Domini 1848.

Domitius Meli-Lupi Soragna Sac.ae Cong.nis Consistorialis Secret.us

INSTRUCTIO PARTICULARIS

CIRCA CONFICIENDOS PROCESSUS

INQUISITIONIS IN QUALITATES EORUM, QUI PROMOVENDI SUNT AD REGIMINA CATHEDRALIUM; AUT ALIARUM SUPERIORUM ECCLESIARUM, VEL MONASTERIORUM.

Ad hoc, ut in dictis processibus conficiendis serventur Sacri Canones, & Concilia Generalia, præsertim Tridentinum, & Constitutio fel. record. Gregorij Papæ XIV super forma hujusmodi processum conficiendorum; sub Dat. Idib. Maij 1591. Pontificatus sui Anno primo.

Jussu Sanctissimi D. N. URBANI PP. VIII. edita.



ROMÆ MDCXXVII.
Ex Typographia Rev. Cam. Apost.

Superiorum permissu

Circa personas, ad quas spectat dictos Processus conficere.

SI Processus Inquisitionis conficiendus sit extra Romanam Curiam, hoc munus spectat ad Legatos Sedis Apostolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: Si non adsint Legati, neque Nuncij, spectat ad Ordinarios personarum promovendarum, & ipsis deficientibus, ad Ordinarios viciniores, qui ordo gradatim servandus est, nec quisquam debet sibi hoc munus arrogare præter ordinem supradictum, nisi Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo casu apparere debet de mandato speciali in principio Processus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine supradicto spectat processum conficere, consanguinitate, vel affinitate usque ad tertium gradum inclusive promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quod eo casu deferatur ad illum, qui proxime sequitur, servato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam sit legitime impeditus, ut per se ipsum Processum conficere non possit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius scripto, qui incipit, *Quicunque confecturus est*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.

Si Processus sit conficiendus in Romana Curia, videndum est, an Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis, quo casu munus conficiendi Processum in Curia spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est Protector illius Provinciæ in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium.

Quod si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad nominationem, aut præsentationem, ut præmittitur, Processus conficiendus erit per Cardinalem a Romano Pontifice diligendum, qui de hujusmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel saltem vigore suæ assertionis aliquid narrari a Notario in principio Processus.

Quando contingat Processum confici debere de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad alteram Ecclesiam sit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuntio Apostolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi sita est Ecclesia, a qua aliquis transferendus erit, spectat ad Metropolitanum, si persona transferenda est Episcopus,

si vero est Metropolitanus, spectat ad Episcopum suum suffraganeum antiquiorem residentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum distantiam non posset commode per se ipsum testes examinare super aliquo articulo, ut puta, super legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejusmodi, licebit ei partem illam alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem universam inquisitionem.

Quoad Processus conficiendos, pro habenda informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Processum de qualitatibus promovendorum confecturi sunt. Si vero contingat in alia Provincia, vel Regno esse Ecclesiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit subdelegare Episcopo, qui erit vicinior ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, munus conficiendi Processum super statu dictæ Ecclesiæ, vel Monasterij.

Quomodo conficiendi sint Processus, ut dici possint et videantur confecti per viam Inquisitionis.

Quicunque confecturus est Processum Inquisitionis in qualitates promovendi, etiamsi sit Legatus, non per suos Vicarios, Auditores, vel alios Ministros, sed per se ipsum id munus exercere debet, licet possit ab hujusmodi personis, vel aliis viris peritis adjuvari: Hæc autem in specie servanda sunt.

Non recipiantur testes a promovendo, vel pro parte sua inducti, neque articuli ab ipso, vel nomine suo producti, sed Prælatus inquirens interrogatoria; seu articulos per se ipsum formatos habeat, & super eis examinet testes, quos de rebus inquirendis sincerum, & fidele testimonium daturos esse existimet: ipse ex officio suo secreto vocari mandet, & secreto examinet, ipsemet recipiat in manibus suis singulorum testium juramentum, quod ab Episcopis præstetur tacto pectore: a cæteris vero inferioribus cujuscunque qualitatis sint, tactis sacris scripturis, & ita respective referat Notarius Processum scripturus, qui etiam afferat, testem fuisse ex officio vocatum, & examinatum a Prælato inquirente: insuper Prælatus ipse testes interroget super unoquoque articulo: Ipsorum autem testium dicta una cum reliquis hoc negocium tangentibus scribat aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tam dicta testium, quam scripturas, & documenta producenda, ut inferius

rius dicetur in processum, & in publicum instrumentum reducere. Articuli autem, & interrogatoria inferius describentur.

Circa qualitates testium vocandorum, et examinandorum quoad personam promovendi.

Testes sint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, sincerumque, ac fidele testimonium veri similiter sint daturi, præsertim vero hujusmodi qualitates esse debent in testibus, qui interrogandi erunt de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Ecclesiam: Scire enim debent ipsi testes; quæ requirantur in eo, qui recturus est Ecclesiam Cathedralem, ad hoc, ut sit idoneus ad alios docen., aptus ad illam gubernandam, & dignus, qui ad eam promoveatur.

Non sunt recipiendi in testes Cognati, vel nimium familiares, aut inimici, sive æmuli personæ promovendæ.

In investigandis testium qualitatibus, adhibenda est diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoscere possit quam sint erga promovendum affecti, exindeque conjicere, utrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, testibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjuriis, admonebitque ipsos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, si vel falsi narrando, vel reticendo vera, causa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei Ecclesiis præficiantur.

Quo modo Prœlatus inquirens procedere possit per viam inquisitionis, quando non habet notitiam personæ promovendæ.

Si contingat Prælatum inquirentem non habere sufficientem notitiam personæ promovendæ, ad hoc, ut possit deligere, & vocare testes ex officio, absque scientia ipsius promovendi, & secretò, poterit curare, ut ipsemet promovendus, vel aliquis alius det ei schedulam, in qua sint ordine descripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, professio, functio, si quam is forte exercuit, loca, in

qui

quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, amici, & familiares, aliæve personæ, quæ tam ipsum, quam parentes ejus intime norint.

Cum autem hujusmodi schedula petenda sit tantummodo ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem scire oportet pro inquisitione facienda, non debebit ipsa schedula inseri processui, neque de ea aliqua mentio in dicto processu fieri, sed ad partem servari, donec inquisitio perficiatur, & ea perfecta, poterit lacerari, si prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ necessaria sunt ad inquirendum omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

1 An testis cognoscat promovendum, quomodo, à quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat in qua civitate, vel loco, & Dioecesi promovendus sit natus, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis, & Catholicis parentibus, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat cujus ætatis sit, præsertim, an expleverit ann. 30 & quæ sit causa scientiæ.

5 An sciat eum esse in sacris Ordinibus constitutum, quibus, a quo tempore citra, præsertim an ante sex menses, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum esse in Ecclesiasticis functionibus & in exercitio Ordinum susceptorum diù versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem & devotum, & quæ sit causa scientiæ.

7 An sciat eum semper Catholice vixisse, & in fidei puritate permansisse, & quæ sit causa scientiæ.

8 An sciat eum præditum esse innocentia vitæ, bonisq. moribus, & an sit bonæ conversationis, & famæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat eum esse virum gravem, prudentem, & usu rerum præstantem, & quæ sit causa scientiæ.

10 An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an vere ea doctrina polleat, quæ

in

in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

11 An sciat cum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse, & quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ sit causa scientiæ.

12 An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliovè Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralem promoveri, & quæ sit causa scientiæ.

13 An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralem, & præsertim eam, ad quam ipse est promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, & an ipsius promotionem eidem Ecclesia utilem, & proficuam futuram esse censeat, & quare ita existimet. Depositiones testium seriatim, & per extensum scribantur; neq. precisè affirmationes, seu negationes tantummodo admittantur.

Quæ requiruntur ad perfectam inquisitionem præter ea, quæ ex testibus habebuntur

Quoad Sacros Ordines, petendæ sunt a promovendo, & processui inserendæ, originales Bullæ, vel litteræ testimoniales collationum ipsorum Ordinum, vel saltem earum exemplaria in forma authentica, præsertim si testes in sufficienti numero non deposuerint, se non modo vidisse eum cantantem Epistolam, & Evangelium vel celebrantem, sed etiam legisse dictas bullas, vel litteras testimoniales, vel interfuisse collationib. Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum similiter inserendum est processui Privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, processui etiam adjungantur aliqua Brevia Literæ patentes, vel aliæ scripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejusmodi præsertim si testes circa ea sufficienter, & plene non deposuerint, recipiantur, & adiungantur.

Si forte promovendus nullum habet gradum in sacra Theologia, vel in Jure Canonico necesse est, ut præter probationem aliunde habendam circa ejus doctrinam, juxta

præinsertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ testimonium, quo idoneus esse declaratur ad alios docendos, quæ populum Christianum scire oportet. Persona promovendi enuntietur hac nota, videlicet si sit Prælatus Admodum R. P. si vero non sit R. N. N. Promovendus nunquam vocetur Electus, neque ipse se talem vel nominet, vel scribat, nisi ubi præcesserit electio Capituli, aut Conventus.

Quid servandum quoad probationem doctrinæ quando promovendi orti sunt in Provinciis, in quibus non sunt Universitates Studiorum, neque consuetum est suscipi gradum aliquem.

In hujusmodi locis, & personis sufficiet, si testimonio virorum gravium, & sacræ Theologiæ, vel Juris Canonici peritorum constet, promovendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, ut idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi injungendi necessitati valeant satisfacere: Ideo formandum erit interrogatorium ad hunc sensum, juxta quod si testes deposuerint se de scientia promovendorum certos redditos esse, ex eo, quod prædictos promovendos specimen suæ doctrinæ publice, vel privatim dedisse cognoverint: hoc modo sufficiens causa scientiæ dici poterit, alias non plene probabunt doctrinam ad mentem supradictæ Constitutionis Greg. XIV.

Quid servandum, si promovendus sit Regularis

Omnia, quæ servari debent in promovendo ad Ecclesiam Cathedralem, si sit Secularis, servanda etiam sunt, si sit Regularis.

Sed quia Regulares non solent ut plurimum suscipere insignis doctoratus in Universitatibus Studiorum, necesse est juxta decretum Conc. Trid. ut promovendus Regularis a suis Superioribus regularibus testimonium habeat sufficientis doctrinæ, & quod sit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi sunt dumtaxat, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, sive ij cujusvis Ordinis Abbates, Magistri, Ministri, aut Præpositi generales, vel quarumlibet Congregationum Præsidentes, sive Definitores, aut Visitatores, Capitulum generale re-

præ-

præsentantes, sive alij quocumque vocabulo nuncupentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum succedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter suprascriptum testimonium, est etiam aliunde inquirendum in hujusmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum est de Seculari, qui habet suæ doctrinæ testimonium a publica aliqua Academia.

Quid servandum in translatione alicujus Episcopi ad alteram Ecclesiam.

Servanda est eadem forma inquirendi ex officio, quæ superius dicta est.

Si Episcopus transferendus promotus fuit post publicationem Concilij Tridentini, & constat in processu tunc temporis confecto, plene probata esse omnia requisita, sufficiet inquirere, & testes examinare super infrascriptis articulis: Si vero non constet de hujusmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit testes examinare super omnibus articulis superius descriptis, vel saltem super illis, de quorum probatione non constiterit, & præterea super articulis sequentibus erunt utroque casu omnino examinandi testes, & de contentis in eis facienda inquisitio ex officio, videlicet.

1 An testis cognoscat Episcopum transferendum, quomodo, a quo tempore citra, an si ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat ipsum consecrationis munus suscepisse, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat eum in sua Ecclesia, & dioecesi assidue resedisse.

5 An sciat eum diligenter, & saepe, dictam suam Ecclesiam, & Dioecesim visitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse, & providisse, ejusque decreta, & mandata debitae executioni demandari curasse, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum sæpe solemniter celebrasse, Ordinationes juxta necessitatum exigentiam habuisse, Confirmationis Sacramentum ministrasse, cæteraque Pontificalia exercuisse, & quæ sit causa scientiæ.

An

7 An sciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando specimen dedisse, ac verbo, & exemplo profecisse, & quæ sit causa scientiæ

8 An sciat eum prudenter ubilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, & augendis jurisdictionibus spirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat vere ea doctrina ipsum ad præsens pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

10 An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N. & an censeat ejus translationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita existimet, & censeat.

Quid servandum circa inquisitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Consistorio promovendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Præfecturas.

Eadem omnia servanda sunt, quæ dictum est servari debere in promouendis ad Ecclesias Cathedrales, præsertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa est Monasterio jurisdictio spiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò super ejusdem interrogatorijs examinandi sunt testes, mutatis tamen mutandis, respectu Ecclesiæ Cathedralis, & respectu Monasterij, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa professionem Ordinis, & tempus, à quo eam emisit: Circa verò ætatem sufficiat interrogare, & scire, cujus ætatis sit, non restringendo se ad trigesimum annum expletum; postea enim videbitur, an in hujusmodi promovendo sit ætas legitima respectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quo ad doctrinam, cum promovendi ad hujusmodi dignitates regulares non sint per Concilia generalia adstricti ad gradum Doctoratus, sive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ testimonium, & nihilominus æquum sit, ut ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant, Prælati inquirentes studiosè, ac diligenter inquirere debebunt super doctrina ejusmodi personarum juxta modum, & formam superius notatam, ut Romanus Pontifex habita informatione, quæ nam sit promovendi doctrina, judicare possit, an sit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Circa fidei possessionem emittendam à promovendis, tam ad Ecclesias Cathedrales, quam ad dignitates Regulares.

FIdei Professio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquisitio (servato ordine superius dicto) pertinet, à quo si promovendus longe distet, poterit idem Prælatus subdelegare receptionem dictæ professionis Ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet professionem fidei à promovendo, præsente Notario publico, ac testibus, ipse autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prætatum, & in fine tangendo ambabus manibus sacrosancta Evangelia, & spondendo, vovendo, ac jurando, prout in forma, ea deosculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen suum exprimendum erit ea dumtaxat sua propria manu adscribet.

Prælatus propriæ etiam manus subscriptione in fine exemplaris dictæ professionis testatur, eam à se receptam fuisse sub hac forma, ego N. fidei professionem juxta suprascriptam formam à R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emissam recepi, & ita testor manu propria.

Demum Notarius, qui præsens fuit publico instrumento in calce ejusdem exemplaris immediate post subscriptionem Prælati inquirentis, extensò fidem faciet de prædictæ professionis emissione; ac receptione præsentibus testibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maxime curandum est, ut exemplaria professionis fidei transmittantur absque mendis, ne levibus quidem, cum nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apostolica præscriptam, nimisq; non modo Notarij scribendis, sed etiam præcipuè Prælati inquirentis incuria circa hoc notetur in Sacro Consistorio, quando in eo sit relatio processus, & mendorum in professione fidei repertorum, cum necesse sit ea etiam nominatim referre, ideo experiens erit ad tollendam occasionem errorum provenientium ex incuria scribentis, ut ubique imprimantur exemplaria; juxta formam Romæ impressam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendosè imprimantur: Cum verò transmittenda sunt instrumenta professionis fidei, hæc ipsa subscribantur à profitente, & a Prælato inquirente, & in eisdem Notarius extendat instrumentum, prout dictum est.

In-

Interrogatoria pro habenda informatione Status Ecclesiæ.

1. An testis sciat in qua Provincia sita sit Civitas N. cujus situs, qualitatis, & magnitudinis sit, quo conficetur domibus, & quot Christi fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus subjaceat, & quæ sit causa scientiæ.

2. An sciat in illa Civitate esse Ecclesiam Cathedralem, vel Matropolitanam, sub qua invocatione, cujus structuræ, & qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

3. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, an sciat quot Episcopos suffraganeos habeat, & qui sint, si est Episcopalis, an sciat cui Archiepiscopo sit suffraganea, & quæ sit causa scientiæ.

4. Quot & quales sint in dicta Ecclesia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Ecclesiastica, quis sit numerus omnium Præsbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inservientium, quæ sit dignitas major post Pontificalem, quales sint redditus dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adsint præbenda Theologalis, & Poenitentiaria, & quæ sit causa scientiæ.

5. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an sit in ea fons Baptismalis, & quæ sit causa scientiæ.

6. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili, cæterisque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda, necessariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & coemeterium, & quæ sit causa scientiæ.

7. An sint in ea corpora, vel aliquæ insignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo asserventur, & quæ sit causa scientiæ.

8. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum distet ab Ecclesia, & an reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

9. An sciat verum valorem redituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis, ad quam summam annuatim ascendant, in quibus consistant, an sint aliqua pensione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta pensio sit reservata, & quæ sit causa scientiæ.

10. Quot existant illa Civitate Ecclesiæ Parochiales, & an unaquæque habeat fontem Baptismalem, quot item in illa existant Collegiatæ, quot Monasteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hospitalia, & an ibi sit Mons Pietatis, & quæ sit causa scientiæ.

11 Quantum sit ampla Diæcesis, quot, & quæ loca complectatur, & que sit causa scientiæ.

12 An in ea erectum sit Seminarium; quot in eo pueri alantur, & quæ sit causa scientiæ.

13 An ipsa Ecclesia vacet, quomodo, à quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

De statu Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen instituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non descripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegij non reperiuntur.

Interrogatoria pro habenda informatione status alicujus Monasterij

1. In qua Provincia, & Diæcesi sit Monasterium, & quæ sit causa scientiæ.

2. Cujus Ordinis sit, & quæ sit causa scientiæ.

3. Quis sit numerus Monachorum, & quis eos tanquam caput regere consueverit, & quæ sit causa scientiæ.

4. Sub qua invocatione sit Ecclesia ipsius Monasterij, cujus structuræ, & qualitatis. An indigeat reparatione, & quæ sit causa scientiæ.

5 Qui sint redditus mensæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus mensæ Conventualis, & quæ sit causa scientiæ.

6 An Monasterium habeat aliquam jurisdictionem temporalem, aut spiritualem quam, & in quos, & quæ sit causa scientiæ.

7 An habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur, & quæ sit causa scientiæ.

8 An vacet, quomodo, & a quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

Quid agendum perfecta Inquisitione.

Cum totum examen, seu Inquisitio de persona promovenda, & informatio de statu Ecclesiæ, seu Monasterii perfectæ fuerint, Notarius eas, una cum scripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Professione Fidei in instrumentum publicum rediget.

Si Processus Inquisitionis confectus fuerit extra Rom. Cur. Prælatus, qui eam confecerit ad Pontificem clausum; & obsignatum transmittet, si Ecclesia, vel Monasteria non sint ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, si vero de hujusmodi nominatione, vel præsentatione, transmittet processum ad

Car-

Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ Protectorem, in qua est Ecclesia, vel Monasterium providendum.

Ipse autem Prælatus, vel per literas separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem hujusmodi processus significabit, quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo judicio habenda sit, simul etiam quid de promovendo ipse sentiat.

Processus sic formatus, & transmissus primum a Cardinale, cui illum in Consistorio referendi munus incumbet; deinde a tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum subscribetur, & postea fiet relatio in Consistorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, si præsens in Curia sit, ut juxta Concilium Lateranen. novissimè celebratum, omnes Cardinales, vel majorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesia, vel Monasterium proponatur, ut quæ a referente Collega sunt audituri, oculata fide, quantum ad personam ipsius promovendi attinet, cognoscere possint.

Illme Domine

Libenti sane animo Dominationi Tuae Illmae Decretum a Sacra Congne rebus consistorialibus praeposita editum remitto, quo jussu Summi Pontificis Pii PP. IX. Tibi, Illme Domine canonica inquisitio, seu processus, uti vocant, committitur super hodierno Archiepiscopalis Ecclesiae Mohiloviensis statu nec non super R. P. D. Casymiri Dmochowski Episcopi Miltensis, Ecclesiaeque Vilnensis Suffraganei et ad eamdem Ecclesiam promovendi qualitatibus. Maximam quidem ex expetita hac Archiepiscopi Mohiloviensis electione spem animo concepit Sanctitas Sua, planeque in Domino confidit praedictum Praesulem pietate, zelo, et in fide constantia non exiguum rei catholicae istis in regionibus praesidium esse allaturum.

Illmo Domino Holowinski
Canco in Cathedrali Luceoriensi

Quod superest Dominationi Tuae Illmae fausta felicia omnia precor a Domino animique mei sensus libentissime profiteor.

Dominationis Tuae Illmae

Romae die 14. Januarii 1848.

Pro Domino Cardinali absente
Addictissimus Famulus
Vincentius Santucci Segriae Status
Substitutus

PIUS PP. IX

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. Exponendum Nobis curasti, Te non ad Tui commodum solum, verum etiam ad majorem pastoralis muneris dignitatem exoptare in sacro faciendo aliisque ecclesiae Caeremoniis obeundis pileolo uti. Hinc supplici cum prece a Nobis postulasti, eam ut veniam ex Nostra Indulgentia Tibi concedamus. Nos igitur peculiari beneficentia Te prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, vel quavis de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, Tibi Auctoritate Nostra Apostolica concedimus, et indulgemus, ut posthac dum sacris operaberis, non tamen a praefatione usque ad sumptum Corpus, et Sanguinem Christi Domini; ac dum divinis Officiis, aliisque Ecclesiae internis functionibus, et sacris ritibus caput tuum pileolo tegere libere et licite possis, et valeas. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV. Julii MDCCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro Domino Cardinali Lambruschini
A. Picchioni Substitutus

Venerabili Fratri Ignatio Holowinski
Episcopo Carysten. in partibus Infidelium

Expensae ex Gratia
Scut. Duo
Agentia
Scut.m Unum

In Nomine Domini Amen



unctis ubique pateat quod Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MDCCCXLVIII die vero **VIII.** Julii Pontificatus autem SSmi Domini Nostri Pii Papae Noni Anno Tertio Ego Officialis deputatus vidi et legi quasdam litteras Apostolicas sub plumbo expeditas tenoris sequentis videlicet = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Ignatio Holowinski Electo Carysten Salutem et Apostolicam Benedictionem. Romanus Pontifex quem Pastor ille coelestis Ecclesiis praetulit Universis gregis sibi commissi curam sedulo adimplere procurans modo per simplicis provisionis Officium quandoque vero per Coadjutoris Ministerium operosae diligentiae studium adhibet opportunum ut Ecclesiis ipsis, quae ob illis praesidentium provectam aetatem atque pergravia valetudinis incomoda in spiritualibus et temporalibus detrimenta pati posse comperiuntur, praesules praeficiantur idonei per quorum solertiam providam Ecclesiae praefatae animarum proficere valeant incrementis. Dudum siquidem provisiones Ecclesiarum omnium tunc vacantium et in posterum vacaturarum Ordinationi et dispositioni Nostrae reservavimus decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his per quoscumque quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attentari. Postmodum vero Ecclesia Carysten quae in partibus Infidelium consistit ex eo quod Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Josephum Joachim Goldtmann Episcopum nuper Carysten a vinculo quo praefatae Ecclesiae Carysten cui tunc praeerat tenebatur de Venerabilium etiam Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes illum ad Ecclesiam Sandomirien certo tunc expresso modo Praesule carentem de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulimus praeficiendo eum illi in Episcopum et Pastorem per translationem eamdem pastoris solatio destituta. Nos ad provisionem ejusdem Ecclesiae Carysten celerem et felicem in qua nullus praeter Nos [illegible] [illegible] potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne illa longae vacationis exponatur incomodis paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praeficiendo eidem Ecclesiae Carysten personam utilem ac etiam fructuosam cum eisdem Fratribus Nostris S. R. Ecclesiae praedictae Cardinalibus habuimus diligentem demum ad Te ex legitimis Catholicis nobilibusque paren-

tibus in Luceoriensi Diecesi progenitum et in Quadragesimo primo Tue etatis anno constitutum qui
dudum Presbyter effectus et Curatus diversis successive in locis adlectus in Ecclicis functionibus rite
enicuisti tum Verbum Dei predicando et Christifidelium Sacramentales confessiones magno Ani=
marum fructu excipiendo tum plura alia Christiane pietatis opera laudabiliter exercendo. Inte=
rim Canonicus Cathedralis Zytomiriensis constitutus non multo post publicas lectiones de dogmatica
ac morali Theologia de sac. Scriptura jure canonico Canonico atque historia Ecclica in
Imperiali Universitate Kijoviensi tradebas. Tandem Academie Romano=Catholice ecclesias=
tice Rector Petropoli fuisti renunciatus, quique fidem Catholicam juxta Articulos jampridem a
Sede Apostolica propositos professus es, ac de cujus doctrina gravitate, prudentia, morum
probitate spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multipli=
cium virtutum donis quibus personam Tuam illarum largitor Altissimus multipliciter in=
signivit, fide digna testimonia perhibentur, direximus Oculos Nostre mentis, quibus
omnibus debita meditatione pensatis prefate Ecclesie Carysten de persona Tua Nobis et
eisdem Fratribus Nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de Fratrum eorumdem
Consilio eadem Apostolica Auctoritate providemus, Teque illi in Episcopum preficimus et
Pastorem, curam regimen et administrationem ipsius Ecclesie Carysten Tibi in Spiritualibus
et temporalibus plenarie committendo indulgentes Tibi ut ad ipsam Ecclesiam quam=
diu ab infidelibus detinebitur accedere minime tenearis. Et insuper Te in Suffraga=
neum Venerabilis Fratris Nostri Casimiri Dmochowski hodierni Mohiloviensis Archie=
piscopi ac pontificalia ceteraque pastoralia munia quando ad id per ipsum Casimirum
Archiepiscopum requisitus fueris et de expressa ejus licentia et consensu in Ecclesia Ci=
vitate et Archidiecesi Mohiloviensi exercenda atque Te eidem Casimiro Archie=
piscopo quem ob provectam ejus etatem aliasque rationabiles causas de Coadjutore in re=
gimine et administratione prefate Metropolitane Ecclesie Mohilovien cum futura in
illa Successione benigne providere cupimus donec ipse Casimirus Archiepiscopus
vixerit ac prefate Metropolitane Ecclesie Mohilovien Archiepiscopus extiterit in Coa=
djutorem perpetuum et irrevocabilem cum futura Successione in regimine et administra=
tione Metropolitane Ecclesie Mohilovien predicte illiusque rerum bonorum jurium
pertinentiarum et annexorum quorumcumque in Spiritualibus et temporalibus cum plena

libera et omnimoda facultate potestate et Auctoritate omnia et singula que ad huiusmo-
di Coadjutoris Officium de iure usu stilo consuetudine privilegio aut alias quomodolibet spectant et
pertinent ac spectare et pertinere possunt et poterunt quomodolibet in futurum faciendi dicendi ge-
rendi procurandi exercendi et exequendi ac omnibus et singulis preeminentiis prerogativis antelatio-
nibus privilegiis Indultis honoribus favoribus et gratiis quibus similes Archiepiscopi Coadjutores de
iure usu stilo consuetudine privilegio aut alias quomodolibet utuntur fruuntur et gaudent
ac uti frui et gaudere possunt et poterunt cum hoc tamen quod Coadjutoris Officio huiusmodi
durante Tu in regimine et administratione dicte Metropolitane Ecclesie Mohilovien illius-
que Mense Archiepiscopalis bonorum fructuum Redituum et proventuum ac emolumentorum quo-
rumcumque quoquomodo aut quovis quesito colore vel pretextu per Te seu alium ingerere aut in-
tromittere non valeas nisi de expresso eiusdem Casimiri Archiepiscopi consensu de Fratrum
eorundem consilio Apostolica Auctoritate prefata tenore presentium juxta decretum Congre-
gationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus Consistorialibus preposi-
te a Nobis approbatum respective constituimus et deputamus nec non eodem Casimiro Archie-
piscopo cedente vel decedente seu regimini et administrationi prefate Metropolitane Ecclesie
Mohilovien quomodolibet preesse desinente etiam si Tu tempore vacationis dicte Metropoli-
tane Ecclesie Mohilovien Coadjutoris Officium huiusmodi exercere non inceperis aut per te steterit
quominus illud exercueris ex nunc prout ex tunc et econtra Metropolitanam Ecclesiam Mohilo-
vien predictam Tibi de Fratrum eorumdem Consilio Apostolica Auctoritate concedimus Te-
que etiam eidem Metropolitane Ecclesie Mohilovien in Archiepiscopum et Pastorem prefici-
mus ac prefectum esse decernimus curam regimen et administrationem ipsius Metropolitane
Ecclesie Mohilovien Tibi in Spiritualibus et temporalibus etiam plenarie committendo in Il-
lo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus Tuos prefata
Metropolitana Ecclesia Mohilovien sub Tuo felici gubernio regetur utiliter ac prospere
dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Jugum igitur
Domini Tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem prefatas
sic exercere studeas sollicite fideliter ac prudenter quod Metropolitana Ecclesia ipsa Mo-
hilovien Gubernatori provido ac fructuoso Administratori gaudeat se commissam et Tu pre-
ter eterne retributionis premium Nostram et dicte Sedis Benedictionem et gratiam exinde ube-

rius consequi mereavis. Et insuper tecum ut etiamsi doctoratus gradu insignitus non sis nihilominus quia sufficienti doctrina preditus et ad dictas Ecclesias Carysten et Mohilovien regendas et gubernandas habilis et idoneus esse dignosceris ipsis Ecclesiis Carysten et Mohilovien in Episcopum et Archiepiscopum respective prefici illasque ut supra regere et gubernare nec non Canonicatum quo in Zitomirien Cathedrali ut accepimus potiris etiam postquam munus consecrationis susceperis ut prius una cum dicta Ecclesia Carysten quandiu illi prefueris et donec Coadjutoris Officium predictum exercueris retinere libere et licite valeas Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis dictarumque Ecclesiarum Carysten et Mohilovien Ecclesiarum etiam Juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus Apostolica Auctoritate prefata ipsarum tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus decernentes propterea Canonicatum prefatum minime vacare ac etiam irritum et inane quidquid secus super his a quocumque quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Proviso quod interim Ecclesia Zitomirien debitis propterea non fraudetur obsequiis sed dicti Canonicatus preter residentie supportentur onera consueta. Preterea Tibi ut statum Tuum juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam decentius tenere valeas pro Tui sustentatione ultra prefati Canonicatus fructus congruam supradicto Suffraganeatui attributam Coadjutoria hujusmodi durante dicta Apostolica Auctoritate tenore ipsarum presentium assignamus. Volumus autem quod statim ac locus successioni in regimine et administratione prefate Metropolitane Ecclesie Mohilovien ad Tui favorem locus factus fuerit prefata Episcopalis Ecclesia Carysten ac Canonicatus predictus nec non assignata congrua vacent eo ipso. Volumus etiam quod Tu Coadjutoris Officio hujusmodi durante ab alienatione qualibet bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte Metropolitane Ecclesie Mohilovien Te penitus abstineas et de iis que ratione Coadjutoris Officii hujusmodi administraveris juxta tenorem Constitutionis pie memorie Bonifacii Pape Octavi Predecessoris Nostri super hoc edite eidem Casimiro Archiepiscopo prefate Metropolitane Ecclesie Mohilovien nomine plenariam rationem reddere tenearis. Volumus demum quod Tu Coadjutoris Officio hujusmodi cessante et successioni prefate loco facto quatenus opus erit Metropolitane Ecclesie Mohilovien reparationibus consulas Penitentiariam et Theologalem Prebendas ad prescriptum

Sacrosancti Concilii Tridentini instituas Sacrarium inibi sacra Supellectili pro Pontificalibus provideas montemque pietatis erigi cures, Conscientiam Suam super his onerantes. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo **Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio** = loco ✠ Plumbi = simili modo **Pius Episcopus Servus Servorum Dei** Dilecto Filio **Ignatio Holowinski** Presbytero Luceorien Diecesis Salutem et Apostolicam Benedictionem Apostolicae Sedis consueta clementia ne dispositiones per eam de Cathedralibus Ecclesiis eo tempore factae valeant quomodolibet impugnari sed personae ad eas promovendae illis pure corde et sincera conscientia presidere valeant remedia prout convenit adhibet opportuna. Cum itaque Nos hodie Episcopali Ecclesiae Carysten in partibus Infidelium ad presens certo modo Pastoris solatio destitutae de persona Sua Nobis et Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus ob tuorum exigentium meritorum accepta de Fratrum eorumdem consilio Apostolica Auctoritate providere Teque illi in Episcopum et Pastorem preficere intendamus ac ex certis rationabilibus causis adducti etiam Te Venerabili quoque Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohilovien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropolitanae Ecclesiae Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum futura in illa successione de Fratrum eorumdem consilio dicta Apostolica Auctoritate constituere et deputare Teque eidem Metropolitanae Ecclesiae Mohilovien in certo pariter expresso eventu in Archiepiscopum et Pastorem preficere intendamus Nos ne si forsan aliquibus Sententiis censuris et penis ecclesiasticis ligatus dis provisio et prefectio nec non constitutio et deputatio ac prefectio prefatae valeant propterea quomodolibet invalidae reputari, providere Volentes Te a quibusvis Excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad hoc dumtaxat ut provisio et prefectio nec non constitutio et deputatio ac prefectio prefatae et singulae litterae Apostolicae desuper conficiendae suum sortiantur effectum Apostolica Auctoritate prefata tenore presentium absolvimus et absolutum fore nunciamus, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis dictarumque Episcopali et Archiepiscopali Ecclesiarum Carysten et Mohilovien etiam Juramento confirmatione

Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis qui=
buscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre absolutionis et nun
ciationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit
indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit
incursurum. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis
Dominice Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii
Pontificatus Nostri Anno Tertio = loco ✠ Plumbi = Simili modo = Pius Episcopus Servus Ser=
vorum Dei Venerabilibus Fratribus Universis Suffraganeis Metropolitane Ecclesie
Mohilovien Salutem et Apostolicam Benedictionem Hodie siquidem ex certis rationabili=
bus causis adducti Dilectum Filium Nostrum Ignatium Holowinski Electum Carysten
in partibus Infidelium Venerabili Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepis=
copo Mohilovien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administra=
tione Metropolitane Ecclesie Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad pre=
sens preest cum futura in illa successione de Venerabilium Fratrum Nostrorum San
cte Romane Ecclesie Cardinalium consilio Apostolica Auctoritate constituimus et depu=
tavimus eidemque Metropolitane Ecclesie Mohilovien in certos expressos eventus in Ar=
chiepiscopum prefecimus et Pastorem curam regimen et administrationem ipsius Metropo=
litane Ecclesie Mohilovien in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout
in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Universitatem Vestram
monemus et hortamur attente Vobis per Apostolica Scripta mandantes quatenus
eidem Ignatio Electo Coadjutori ac futuro Mohilovien Archiepiscopo tamquam membra
capiti obsequentes exhibentes Ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas ita quod
mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus et Nos propterea Vos ac devo=
tionem Vestram possimus in Domino merito commendare. Datum Rome apud Sanctam
Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo Octingentesimo
Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio =
= loco ✠ Plumbi = Simili modo = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Capi=
tulo Metropolitane Ecclesie Mohilovien Salutem et Apostolicam Benedictionem
Hodie ex certis rationabilibus causis adducti Dilectum Filium Nostrum Ignatium Holo=

winski Electum Carysten in partibus Infidelium Venerabili Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohiloviensi in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropolitanæ Ecclesiæ Vestræ Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum futura in illa Successione de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio Apostolica Auctoritate constituimus ac deputavimus eidemque Metropolitanæ Ecclesiæ Mohilovien in Archiepiscopum prefecimus et Pastorem, curam regimen et administrationem ipsius Metropolitanæ Ecclesiæ Mohilovien ei in Spiritualibus et Temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca discretioni Vestræ per Apostolica Scripta mandamus quatenus eidem Ignatio Electo Coadjutori ac futuro Mohilovien Archiepiscopo humiliter intendentes tanquam Patri et Pastori Animarum Vestrarum exhibeatis ipsi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin sententiam quam idem Ignatius Electus Coadjutor et futurus Archiepiscopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio = loco † Plumbi = Simili modo = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Clero Civitatis et Diœcesis Mohilovien Salutem et Apostolicam Benedictionem. Hodie ex certis rationabilibus causis adductis dilectum Filium Nostrum Ignatium Holowinski Electum Carysten in partibus Infidelium Venerabili Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohilovien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropolitanæ Ecclesiæ Vestræ Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum futura in in illa Successione de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio Apostolica Auctoritate constituimus ac deputavimus eidemque Metropolitanæ Ecclesiæ Mohilovien in Archiepiscopum prefecimus et Pastorem curam regimen et administrationem ipsius Metropolitanæ Ecclesiæ Mohilovien ei in Spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Discretioni Vestræ per Apostolica Scripta mandamus quatenus eidem Ignati

tium Electum Coadjutorem et futurum Mohiloviensem Archiepiscopum grato admittentes honore tamquam Patri et Pastori animarum Vestrarum exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin sententiam quam idem Ignatius Electus Coadjutor et futurus Archiepiscopus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio = loco ✠ Plumbi = simili modo = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Populo Civitatis et Dioecesis Mohiloviensis salutem et Apostolicam Benedictionem Hodie ex certis rationabilibus causis adducti Dilectum Filium Nostrum Ignatium Holowinski Electum Carystensem in partibus Infidelium Venerabili Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohiloviensi in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropolitanae Ecclesiae Vestrae Mohiloviensis cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum futura [illegible] successione de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio Apostolica Auctoritate constituimus ac deputavimus eidemque Metropolitanae Ecclesiae Mohiloviensi in Archiepiscopum prefecimus et Pastorem curam regimen et administrationem ipsius Metropolitanae Ecclesiae Mohiloviensis ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur Quocirca Universitatem Vestram monemus et hortamur attente Vobis per Apostolica scripta mandantes quatenus eumdem Ignatium Electum Coadjutorem et futurum Mohiloviensem Archiepiscopum tamquam Patrem et Pastorem Animarum Vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes Ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis ita quod ipse Ignatius Electus Coadjutor et futurus Archiepiscopus Mohiloviensis in Vobis devotionis Filios et Vos in eo per consequens Patrem benevolum invenisse gaudeatis Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio = loco ✠ Plumbi = simili modo =

Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Universis Vassallis Metropolitane Ecclesie Mohilovien Salutem et Apostolicam Benedictionem Hodie ex certis rationabilibus causis adducti dilectum Filium Nostrum Ignatium Holowinski Electum Carysten in partibus Infidelium Venerabili Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohilovien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropolitane Ecclesie Vestre Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum futura in illa Successione de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio Apostolica Auctoritate constituimus ac deputavimus eidemque Metropolitane Ecclesie Mohilovien in Archiepiscopum prefecimus et Pastorem Curam regimen et administrationem ipsius Metropolitane Ecclesie Mohilovien ei in Spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur Quocirca Universitati Vestre per Apostolica Scripta mandamus quatenus eumdem Ignatium Electum Coadjutorem et futurum Mohilovien Archiepiscopum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam et consueta servitia et jura Sibi a Vobis debita integre exhibere studeatis alioquin sententiam quam dictus Ignatius Electus Coadjutor et futurus Mohilovien Archiepiscopus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quinto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio = loco ✠ Plumbi = Similimodo = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Ignatio Holowinski Electo Carysten in partibus Infidelium Salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum Nos pridem Ecclesie Episcopali Carysten in Partibus Infidelium ad presens certo modo Pastoris Solatio destitute de persona Tua Nobis et Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta de Fratrum eorumdem Consilio Apostolica Auctoritate duxerimus providendum preficiendo Te Illi in Episcopum et Pastorem curam regimen et administrationem ipsius Episcopali Ecclesie Carysten Tibi in Spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac insuper ex certis rationabilibus causis adducti

etiam Te Venerabili quoque Fratri Casimiro Dmochowski moderno Archiepiscopo Mohilo=
vien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione Metropo=
litane Ecclesie Mohilovien cui dictus Casimirus Archiepiscopus ad presens preest cum
futura in illa successione de Fratrum eorumdem consilio dicta Apostolica Auctori=
tate constituerimus et deputaverimus Te eidem Metropolitane Ecclesie Mohilovien
in certos pariter expressos eventus in Archiepiscopum et Pastorem prefecerimus curam re=
gimen et administrationem ipsius Metropolitane Ecclesie Mohilovien Tibi in spirituali=
bus et temporalibus etiam plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Litteris
plenius continetur Nos ad ea que in Tue commoditatis augmentum cedere valeant favora=
biliter intendentes Tibi ut a quocumque quem malueris Catholico Antistite gratiam
et comunionem Sedis Apostolice habente accitis et in hoc illi adsistentibus duobus vel tri=
bus aliis Catholicis Episcopis gratiam et comunionem huoui similiter habentibus munus
consecrationis recipere libere et licite valeas ac eidem Antistiti ut recepto prius per Eum
a Te Nostro et Romane Ecclesie nomine Fidelitatis debite solito Juramento juxta
formam presentibus adnotatam munus prefatum Tibi impendere licite possit plenam
et liberam earumdem tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem et eadem
Auctoritate statuimus atque decernimus quod nisi recepto prius a Te per ipsum Antistitem
prefato Juramento idem Antistes munus ipsum Tibi impendere et Tu illud recipere temere
presumpseritis prefatus Antistes a Pontificalium exercitio et tam ipse quam Tu a tempo=
ralium Ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso. preterea etiam Volumus quod for=
mam a Te tunc prestiti Juramenti hujusmodi Nobis de Verbo ad Verbum per Tuas paten=
tes Litteras tuo sigillo munitas per proprium Nuncium quantocitius destinare procures. For=
ma autem Juramenti per Te prestandi talis est = Ego Ignatius Holowinski Electus
Carysten ac Coadjutor Apostolica Auctoritate deputatus Casimiro Dmochowski
hodierno Mohilovien Archiepiscopo cum futura successione ab hac hora in antea
fidelis et obediens ero Beato Petro, Sancteque Apostolice Romane Ecclesie ac Domino Nos=
tro Domino Pio Pape Nono Suisque Successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut con=
sensu vel facto ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione aut in eos violen=
ter manus quomodolibet ingerantur vel injurie alique inferantur quovis quesito colore. Consi=

tium vero quod Mihi credituri sunt per se aut Nuncios seu litteras ad eorum damnum
me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adjutor
eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum Apostolicae
Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo.
Jura honores privilegia et Auctoritatem Romanae Ecclesiae Domini Nostri
Papae et Successorum predictorum conservare defendere augere et promovere cura-
bo. Non ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum Dominum Nos-
trum vel eamdem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel prejudicialia per-
sonae juri honoris status et potestati eorum machinentur et si talia a
quibuscumque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quanto
citius potero significabo eidem Domino Nostro vel alteri per quem possit ad
ipsius notitiam pervenire. Regulas Sanctorum Patrum decreta Ordinationes
seu dispositiones reservationes provisiones et mandata Apostolica totis viribus
observabo et faciam ab aliis observari. Vocatus ad Sinodum veniam nisi pre-
peditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina singulis quadrien-
nii personaliter per me ipsum visitabo et Domino Nostro ac Successoribus prefa-
ti rationem reddam de toto meo pastorali Officio deque rebus omnibus ad
meae Ecclesiae statum ad Cleri et populi disciplinam animarum denique quae
meae fidei traditae sunt salutem quovis modo pertinentibus et vicissim mandata
Apostolica humiliter recipiam et quam diligentissime exequar. Quod si legitimo
impedimento detentus fuero prefata omnia adimplebo per certum Nuncium
ad hoc speciale mandatum habentem de gremio Capituli mei aut alium in
dignitate Ecclesiastica constitutum seu alias personatum habentem aut his
mihi deficientibus per Diocesanum Sacerdotem et Clero deficiente omnino
per aliquem alium Presbiterum secularem vel regularem spectatae probitatis
et religionis de supradictis omnibus plene instructum. De hujusmodi autem
impedimento docebo per legitimas probationes ad S. R. E. Cardinalem proponen-
tem in Congregatione S. Concilii per supradictum Nuncium transmittendas. Pos-
sessiones vero ad Mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impi-

gnorabo neque de novo in feudabo vel aliquo modo alienabo etiam si cum consensu Capituli Ecclesie mee. Hec omnia et singula eo inviolabilius observabo quo certius sum nihil in illis contineri quod Juramento Fidelitatis mee erga Potentissimum Russorum Imperatorem et Polonie Regem ejusque ad Thronum Successores debite adversari possit. Sic me Deus adiuvet et hec Sancta Dei Evangelia. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo Octingentesimo Quadragesimo Octavo Quarto Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Tertio. Super quibus Litteris Ego Notarius Apostolicus presens Transumptum signavi presentibus D. D. Carolo et Josepho Scalzi testibus.
[ab administratione tam Spiritualium quam. A. M.

Concordat cum originali A. Gianfanti Offlis Subtus

V. S. Card. Spinola [illegible]

Ita est Ludovicus Gianelli
Notarius Aplicus



Pius Folchi

= Minscen =

= Confectionis Processus ad Episcopatum =

Simul ac Episcopalis Ecclesia Minscensis propter obitum R. P. D. Matthæi Lipski fuit suo viduata Pastore, protinus cœpit esse in votis, ut ei alter Antistes in demortui locum sufficeretur. Quæ quidem vota Ssmus Dñus Nr Pius Nonus P. M. apostolica sollicitudine atque providentia prosequuturus, iniit consilium promovendi ad Minscensem Cathedram R. D. Adam Woitkiewicz canonicum atque illius Seminarii diœcesani Rectorem, qui utique ad ministerium episcopale probe utiliterque obeundum idoneus dignusque censetur. Nihilominus ut omnia rite procedant, Sanctitas Sua priusquam quidquam de re tanti ponderis definitive decerneret, jussit confici tam super præcommendati Promovendi meritis et qualitatibus necessariis vel opportunis, quam super hodierno Minscensis Ecclesiæ statu canonicam inquisitionem, quam processum appellant, juxta instructionem Urbani PP. VIII. consulto hic adnexam. Idem igitur Ssmus Dñus Nr dignatus est hujuscemodi processus confectionem committere R. P. D. Ignatio Kolowinski Suffraganeo et Coadjutori cum fu-

tura successione ad Archiepiscopatum Mohiloviensem cum facultate subdelegandi aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, ita ut quumprimum iste Processus fuerit authentica forma exaratus, tum quam citius huc transmittatur. Quapropter hoc voluit edi Decretum inter acta hujus S. Congregationis Consistorialibus rebus prepositæ de more conservandum. Datum Romæ hac die 24. Februarii an. Dom. 1851.

Pro R. P. D. Roggerio Antici Mattei
S. Congreg. Consistorialis Secret.
Flavius Cordelli Substitutus

47

771

INSTRUCTIO PARTICULARIS

CIRCA CONFICIENDOS PROCESSUS

INQUISITIONIS IN QUALITATES EORUM, QUI PROMOVENDI SUNT AD REGIMINA CATHEDRALIUM; AUT ALIARUM SUPERIORUM ECCLESIARUM, VEL MONASTERIORUM.

Ad hoc; ut in dictis processibus conficiendis serventur Sacri Canones; & Concilia Generalia; præsertim Tridentinum, & Constitutio fel. record. Gregorij Papæ XIV super forma hujusmodi processum conficiendorum; sub Dat. Idib. Maij 1591. Pontificatus sui Anno primo.

Jussu Sanctissimi D. N. URBANI PP. VIII. edita.



ROMÆ MDCXXVII.
Ex Typographia Rev. Cam. Apost.

Superiorum permissu

S

Si

Si

Qu
t
c
l
a
r
Qua
t
ri
tr
ti
E
M

Circa personas, ad quas spectat dictos Processus conficere.

SI Processus Inquisitionis conficiendus sit extra Romanam Curiam, hoc munus spectat ad Legatos Sedis Apostolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: Si non adsint Legati, neque Nuncij, spectat ad Ordinarios personarum promovendarum, & ipsis deficientibus, ad Ordinarios viciniores, qui ordo gradatim servandus est, nec quisquam debet sibi hoc munus arrogare præter ordinem supradictum, nisi Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo casu apparere debet de mandato speciali in principio Processus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine supradicto spectat processum conficere, consanguinitate, vel affinitate usque ad tertium gradum inclusive promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quod eo casu deferatur ad illum, qui proxime sequitur, servato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam sit legitime impeditus, ut per se ipsum Processum conficere non possit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius scripto, qui incipit, *Quicunque confecturus est*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.

Si Processus sit conficiendus in Romana Curia, videndum est, an Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis, quo casu munus conficiendi Processum in Curia spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est Protector illius Provinciæ in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium.

Quod si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad nominationem, aut præsentationem, ut præmittitur, Processus conficiendus erit per Cardinalem a Romano Pontifice diligendum, qui de hujusmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel saltem vigore suæ assertionis aliquid narrari a Notario in principio Processus.

Quando contingat Processum confici debere de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad alteram Ecclesiam sit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuntio Apostolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi sita est Ecclesia, a qua aliquis transferendus erit, spectat ad Metropolitanum, si persona transferenda est Episcopus,

si vero est Metropolitanus, spectat ad Episcopum suum suffraganeum antiquiorem residentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum distantiam non posset commode per se ipsum testes examinare super aliquo articulo, ut puta, super legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejusmodi, licebit ei partem illam alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem universam inquisitionem.

Quoad Processus conficiendos, pro habenda informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Processum de qualitatibus promovendorum confecturi sunt. Si vero contingat in alia Provincia, vel Regno esse Ecclesiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit subdelegare Episcopo, qui erit vicinior ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, munus conficiendi Processum super statu dictæ Ecclesiæ, vel Monasterij.

Quomodo conficiendi sint Processus, ut dici possint et videantur confecti per viam Inquisitionis.

Quicunque confecturus est Processum Inquisitionis in qualitates promovendi, etiamsi sit Legatus, non per suos Vicarios, Auditores, vel alios Ministros, sed per se ipsum id munus exercere debet, licet possit ab hujusmodi personis, vel aliis viris peritis adjuvari: Hæc autem in specie servanda sunt.

Non recipiantur testes a promovendo, vel pro parte sua inducti, neque articuli ab ipso, vel nomine suo producti, sed Prælatus inquirens interrogatoria; seu articulos per se ipsum formatos habeat, & super eis examinet testes, quos de rebus inquirendis sincerum, & fidele testimonium daturos esse existimet: ipse ex officio suo secreto vocari mandet, & secreto examinet. ipsemet recipiat in manibus suis singulorum testium juramentum, quod ab Episcopis præstetur tacto pectore; a cæteris vero inferioribus cujuscunque qualitatis sint, tactis sacris scripturis, & ita respective referat Notarius Processum scripturus, qui etiam afferat, testem fuisse ex officio vocatum, & examinatum a Prælato inquirente: insuper Prælatus ipse testes interroget super unoquoque articulo: Ipsorum autem testium dicta una cum reliquis hoc negocium tangentibus scribat aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tam dicta testium, quam scripturas, & documenta producenda, ut infe-

rius

rius dicetur in processum, & in publicum instrumentum reducere. Articuli autem, & interrogatoria inferius describentur.

Circa qualitates testium vocandorum, et examinandorum quoad personam promovendi.

Testes sint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, sincerumque, ac fidele testimonium verisimiliter sint daturi, præsertim vero hujusmodi qualitates esse debent in testibus, qui interrogandi erunt de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Ecclesiam: Scire enim debent ipsi testes; quæ requirantur in eo, qui recturus est Ecclesiam Cathedralem, ad hoc, ut sit idoneus ad alios docen., aptus ad illam gubernandam, & dignus, qui ad eam promoveatur.

Non sunt recipiendi in testes Cognati, vel nimium familiares, aut inimici, sive æmuli personæ promovendæ.

In investigandis testium qualitatibus, adhibenda est diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoscere possit quam sint erga promovendum affecti, exindeque conjicere, utrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, testibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjuriis, admonebitque ipsos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, si vel falsi narrando, vel reticendo vera, causa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei Ecclesiis præficiantur.

Quo modo Prœlatus inquirens procedere possit per viam inquisitionis, quando non habet notitiam personæ promovendæ.

Si contingat Prælatum inquirentem non habere sufficientem notitiam personæ promovendæ, ad hoc, ut possit deligere, & vocare testes ex officio, absque scientia ipsius promovendi, & secretò, poterit curare, ut ipsemet promovendus, vel aliquis alius det ei schedulam, in qua sint ordine descripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, professio, functio, si quam is forte exercuit, loca, in

quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, amici, & familiares, aliæve personæ, quæ tam ipsum, quam parentes ejus intime norint.

Cum autem hujusmodi schedula petenda sit tantummodo ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem scire oportet pro inquisitione facienda, non debebit ipsa schedula inseri processui, neque de ea aliqua mentio in dicto processu fieri, sed ad partem servari, donec inquisitio perficiatur, & ea perfecta, poterit lacerari, si prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ necessaria sunt ad inquirendum omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

1 An testis cognoscat promovendum, quomodo, à quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat in qua civitate, vel loco, & Dioecesi promovendus sit natus, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis, & Catholicis parentibus, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat cujus ætatis sit, præsertim, an expleverit ann. 30 & quæ sit causa scientiæ.

5 An sciat eum esse in sacris Ordinibus constitutum, quibus, a quo tempore citra, præsertim an ante sex menses, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum esse in Ecclesiasticis functionibus & in exercitio Ordinum susceptorum diù versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem & devotum, & quæ sit causa scientiæ.

7 An sciat eum semper Catholice vixisse, & in fidei puritate permansisse, & quæ sit causa scientiæ.

8 An sciat eum præditum esse innocentia vitæ, bonisq. moribus, & an sit bonæ conversationis, & famæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat eum esse virum gravem, prudentem, & usu rerum præstantem, & quæ sit causa scientiæ.

10 An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an vere ea doctrina polleat, quæ

in

in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

11 An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse, & quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ sit causa scientiæ.

12 An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliovè Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralem promoveri, & quæ sit causa scientiæ.

13 An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralem, & præsertim eam, ad quam ipse est promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, & an ipsius promotionem eidem Ecclesia utilem, & proficuam futuram esse censeat, & quare ita existimet. Depositiones testium seriatim, & per extensum scribantur: neq. precisè affirmationes, seu negationes tantummodo admittantur.

Quæ requiruntur ad perfectam inquisitionem præter ea, quæ ex testibus habebuntur

Quoad Sacros Ordines, petendæ sunt a promovendo, & processui inserendæ, originales Bullæ, vel litteræ testimoniales collationum ipsorum Ordinum, vel saltem earum exemplaria in forma authentica, præsertim si testes in sufficienti numero non deposuerint, se non modo vidisse eum cantantem Epistolam, & Evangelium vel celebrantem, sed etiam legisse dictas bullas, vel litteras testimoniales, vel interfuisse collationib. Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum similiter inserendum est processui Privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, processui etiam adjungantur aliqua Brevia Literæ patentes, vel aliæ scripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejusmodi præsertim si testes circa ea sufficienter, & plene non deposuerint, recipiantur, & adiungantur.

Si forte promovendus nullum habet gradum in sacra Theologia, vel in Jure Canonico necesse est, ut præter probationem aliunde habendam circa ejus doctrinam, juxta

præinsertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ testimonium, quo idoneus esse declaratur ad alios docendos, quæ populum Christianum scire oportet. Persona promovendi enuntietur hac nota, videlicet si sit Prælatus Admodum R. P. si vero non sit R. N. N. Promovendus nunquam vocetur Electus, neque ipse se talem vel nominet, vel scribat, nisi ubi præcesserit electio Capituli, aut Conventus.

Quid servandum quoad probationem doctrinæ quando promovendi orti sunt in Provinciis, in quibus non sunt Universitates Studiorum, neque consuetum est suscipi gradum aliquem.

In hujusmodi locis, & personis sufficiet, si testimonio virorum gravium, & sacræ Theologiæ, vel Juris Canonici peritorum constet, promovendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, ut idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi injungendi necessitati valeant satisfacere: Ideo formandum erit interrogatorium ad hunc sensum, juxta quod si testes deposuerint se de scientia promovendorum certos redditos esse, ex eo, quod prædictos promovendos specimen suæ doctrinæ publice, vel privatim dedisse cognoverint: hoc modo sufficiens causa scientiæ dici poterit, alias non plene probabunt doctrinam ad mentem supradictæ Constitutionis Greg. XIV.

Quid servandum, si promovendus sit Regularis

Omnia, quæ servari debent in promovendo ad Ecclesiam Cathedralem, si sit Secularis, servanda etiam sunt, si sit Regularis.

Sed quia Regulares non solent ut plurimum suscipere insignis doctoratus in Universitatibus Studiorum, necesse est juxta decretum Conc. Trid. ut promovendus Regularis a suis Superioribus regularibus testimonium habeat sufficientis doctrinæ, & quod sit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi sunt dumtaxat, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, sive ij cujusvis Ordinis Abbates, Magistri, Ministri, aut Præpositi generales, vel quarumlibet Congregationum Præsidentes, sive Definitores, aut Visitatores, Capitulum generale re-

præ-

g

præsentantes, sive alij quocumque vocabulo nuncupentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum succedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter suprascriptum testimonium, est etiam aliunde inquirendum in hujusmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum est de Seculari, qui habet suæ doctrinæ testimonium a publica aliqua Academia.

Quid servandum in translatione alicujus Episcopi ad alteram Ecclesiam.

Servanda est eadem forma inquirendi ex officio, quæ super us dicta est.

Si Episcopus transferendus promotus fuit post publicationem Concilij Tridentini, & constat in processu tunc temporis confecto, plene probata esse omnia requisita, sufficiet inquirere, & testes examinare super infrascriptis articulis: Si vero non constet de hujusmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit testes examinare super omnibus articulis superius descriptis, vel saltem super illis, de quorum probatione non constiterit, & præterea super articulis sequentibus erunt utroque casu omnino examinandi testes, & de contentis in eis facienda inquisitio ex officio, videlicet.

1 An testis cognoscat Episcopum transferendum, quomodo, a quo tempore citra, an si ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat ipsum consecrationis munus suscepisse, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat eum in sua Ecclesia, & dioecesi assidue resedisse.

5 An sciat eum diligenter, & saepe, dictam suam Ecclesiam, & Dioecesim visitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse, & providisse, ejusque decreta, & mandata debitae executioni demandari curasse, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum sæpe solemniter celebrasse, Ordinationes juxta necessitatum exigentiam habuisse, Confirmationis Sacramentum ministrasse, cæteraque Pontificalia exercuisse, & quæ sit causa scientiæ.

An

7 An sciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando specimen dedisse, ac verbo, & exemplo profecisse, & quæ sit causa scientiæ.

8 An sciat eum prudenter ubilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, & augendis jurisdictionibus spirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat vere ea doctrina ipsum ad præsens pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

10 An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N. & an censeat ejus translationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita existimet, & censeat.

Quid servandum circa inquisitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Consistorio promovendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Præfecturas.

Eadem omnia servanda sunt, quæ dictum est servari debere in promouendis ad Ecclesias Cathedrales, præsertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa est Monasterio jurisdictio spiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò super ejusdem interrogatorijs examinandi sunt testes, mutatis tamen mutandis, respectu Ecclesiæ Cathedralis, & respectu Monasterij, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa professionem Ordinis, & tempus, à quo eam emisit: Circa verò ætatem sufficiat interrogare, & scire, cujus ætatis sit, non restringendo se ad trigesimum annum expletum; postea enim videbitur, an in hujusmodi promovendo sit ætas legitima respectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quo ad doctrinam, cum promovendi ad hujusmodi dignitates regulares non sint per Concilia generalia adstricti ad gradum Doctoratus, sive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ testimonium, & nihilominus æquum sit, ut ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant, Prælati inquirentes studiosè, ac diligenter inquirere debebunt super doctrina ejusmodi personarum juxta modum, & formam superius notatam, ut Romanus Pontifex habita informatione, quænam sit promovendi doctrina, judicare possit, an sit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Cir-

Circa fidei possessionem emittendam à promovendis, tam ad Ecclesias Cathedrales, quam ad dignitates Regulares.

FIdei Professio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquisitio (servato ordine superius dicto) pertinet, à quo si promovendus longe distet, poterit idem Prælatus subdelegare receptionem dictæ professionisOrdinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet professionem fidei à promovendo, præsente Notario publico, ac testibus, ipse autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prætatum, & in fine tangendo ambabus manibus sacrosancta Evangelia, & spondendo, vovendo, ac jurando, prout in forma, ea deosculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen suum exprimendum erit ea dumtaxat sua propria manu adscribet.

Prælatus propriæ etiam manus subscriptione in fine exemplaris dictæ professionis testatur, eam à se receptam fuisse sub hac forma, ego N. fidei professionem juxta suprascriptam formam à R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emissam recepi, & ita testor manu propria.

Demum Notarius, qui præsens fuit publico instrumento in calce ejusdem exemplaris immediate post subscriptionem Prælati inquirentis, extensò fidem faciet de prædictæ professionis emissione; ac receptione præsentibus testibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maxime curandum est, ut exemplaria professionis fidei transmittantur absque mendis, ne levibus quidem, cum nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apostolica præscriptam, nimisq: non modo Notarij scribendis, sed etiam præcipuè Prælati inquirentis incuria circa hoc notetur in Sacro Consistorio, quando in eo sit relatio processus, & mendorum in professione fidei repertorum; cum necesse sit ea etiam nominatim referre, ideo experiens erit ad tollendam occasionem errorum provenientium ex incuria scribentis, ut ubique imprimantur exemplaria; juxta formam Romæ impressam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendosè imprimantur: Cum verò transmittenda sunt instrumenta professionis fidei, hæc ipsa subscribantur à profitente, & a Prælato inquirente, & in eisdem Notarius extendat instrumentum, prout dictum est.

In-

Interrogatoria pro habenda informatione Status Ecclesiae.

1. An testis sciat in qua Provincia sita sit Civitas N. cujus situs, qualitatis, & magnitudinis sit, quo consletur domibus, & quot Christi fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus subjaceat, & quæ sit causa scientiæ.

2. An sciat in illa Civitate esse Ecclesiam Cathedralem, vel Matropolitanam, sub qua invocatione, cujus structuræ, & qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

3. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, an sciat quot Episcopos suffraganeos habeat, & qui sint, si est Episcopalis, an sciat cui Archiepiscopo sit suffraganea, & quæ sit causa scientiæ.

4. Quot & quales sint in dicta Ecclesia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Ecclesiastica, quis sit numerus omnium Præsbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inservientium, quæ sit dignitas major post Pontificalem, quales sint redditus dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adsint præbenda Theologalis, & Poenitentiaria, & quæ sit causa scientiæ.

5. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an sit in ea fons Baptismalis, & quæ sit causa scientiæ.

6. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili, cæterisque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda, necessariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & coemeterium, & quæ sit causa scientiæ.

7. An sint in ea corpora, vel aliquæ insignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo asserventur, & quæ sit causa scientiæ.

8. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum distet ab Ecclesia, & an reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

9. An sciat verum valorem redditunm mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis, ad quam summam annuatim ascendant, in quibus consistant, an sint aliqua pensione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta pensio sit reservata, & quæ sit causa scientiæ.

10. Quot existant illa Civitate Ecclesiæ Parochiales, & an unaquæque habeat fontem Baptismalem, quot item in illa existant Collegiatæ, quot Monasteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hospitalia, & an ibi sit Mons Pietatis, & quæ sit causa scientiæ.

11 Quantum sit ampla Diæcesis, quot, & quæ loca complectatur, & que sit causa scientiæ.

12 An in ea erectum sit Seminarium: quot in eo pueri alantur, & quæ sit causa scientiæ.

13 An ipsa Ecclesia vacet, quomodo, à quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

De statu Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen instituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non descripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegij non reperiuntur.

Interrogatoria pro habenda informatione status alicujus Monasterij

1. In qua Provincia, & Diæcesi sit Monasterium, & quæ sit causa scientiæ.

2. Cujus Ordinis sit, & quæ sit causa scientiæ.

3. Quis sit numerus Monachorum, & quis eos tanquam caput regere consueverit, & quæ sit causa scientiæ.

4. Sub qua invocatione sit Ecclesia ipsius Monasterij, cujus structuræ, & qualitatis. An in digeat reparatione, & quæ sit causa scientiæ.

5 Qui sint redditus mensæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus mensæ Conventualis, & quæ sit causa scientiæ.

6 An Monasterium habeat aliquam jurisdictionem temporalem, aut spiritualem quam, & in quos, & quæ sit causa scientiæ.

7 An habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur, & quæ sit causa scientiæ.

8 An vacet, quomodo, & a quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

Quid agendum perfecta Inquisitione.

Cum totum examen, seu Inquisitio de persona promovenda, & informatio de statu Ecclesiæ, seu Monasterii perfectæ fuerint, Notarius eas, una cum scripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Professione Fidei in instrumentum publicum rediget.

Si Processus Inquisitionis confectus fuerit extra Rom. Cur. Prælatus, qui eam confecerit ad Pontificem clausum, & obsignatum transmittet, si Ecclesia, vel Monasteria non sint ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, si vero de hujusmodi nominatione, vel præsentatione, transmittet processum ad

Car-

Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ Protectorem, in qua est Ecclesia, vel Monasterium providendum.

Ipse autem Prælatus, vel per literas separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem hujusmodi processus significabit, quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo judicio habenda sit, simul etiam quid de promovendo ipse sentiat.

Processus sic formatus, & transmissus primum a Cardinale, cui illum in Consistorio referendi munus incumbet; deinde a tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum subscribetur, & postea fiet relatio in Consistorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, si præsens in Curia sit, ut juxta Concilium Lateranen. novissimè celebratum, omnes Cardinales, vel majorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesia, vel Monasterium proponatur, ut quæ a referente Collega sunt audituri, oculata fide, quantum ad personam ipsius promovendi attinet, cognoscere possint.

IN NOMINE DOMINI AMEN

CUNCTIS ubique pateat, quod Anno a Na-
tivitate Domini Nostri Jesu Christi Mille-
simo Octingentesimo Quinquagesimo Primo die
vero X. Mensis Septembris Pontificatus autem
SSmi Domini Nostri Pii Papae Noni Anno Sexto
Ego Officialis deputatus vidi et legi quasdam
Literas Aplicas sub Plumbo expeditas tenoris se-
quentis videlicet Pius Episcopus Servus Servorum
Dei Venerabili Fratri Ignatio Holowinski
Archiepiscopo Mohiloviensi Salutem et Aplicam
Benedictionem Cum Nos pridem certis tunc expres-
sis rationabilibus causis adducti Te tunc Episcopum
Carysten in partibus infidelium bone memorie
Casimiro Dmochowski dum viveret Archiepo
Mohilovien in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem
in regimine et administratione Metropolitane Eccle-
sie Mohilovien cum futura in illa Successione de
Venerabilium Fratrum Nostrorum Sancte Romane
Ecclesie Cardinalium consilio Aplica Auctoritate
duxerimus deputandum Te in certos tunc expressos even-
tus proficiendo eidem Metropolitane Ecclesie Mohi-
lovien in Archiepiscopum et Pastorem prout in Nostris
inde confectis Litteris plenius continebatur Ac postmodum
per obitum dicti Casimiri Archiepi qui nuper
extra Romanam Curiam debitum Nature persol-
vit Successioni hujusmodi ad Tui favorem loco facto

Pallium Insigne videlicet plenitudinem Pontificalis Officii
ex parte Tua fuerit Nobis per Dilectum Filium Magistrum
Andream Mariam Frattini Nostre Consistoria-
lis Aule Advocatum ea qua decuit reverentia postulatum
Nos huiõi postulationibus annuentes Pallium ipsum de
corpore Beati Petri sumptum a quocumque quem malueris
Catholico Antistite gratiam et Communionem Sedis Aplice
habente Tibi assignandum per Dilectum Nrum Filium
Felicem Fortunati Pbrum Nuncium Suum duximus
destinandum ut ipse Antistes illud Tibi sub una assignet
et a Te Nostro et Romane Ecclesie Nomine sub altera for-
mis presentibus insertis fidelitatis debite solitum recipiat
juramentum Tu autem Pallio eodem intra dictam Me-
tropolitanam Ecclesiam Mohilovien illis diebus dumtaxat
utaris qui expressi in ipsius Ecclesie privilegiis continentur
Ut igitur signum non discrepet a signato sed quod geris
exterius interius serves in mente Te monemus et hortamur atten-
te quatenus humilitatem et justitiam dante Domino qui
dat premia et munera largitur Bonorum studeas que suum
servant et movent servatorem ac eamdem Metropolitanam
Ecclesiam Mohilovien Sponsam Suam cures sollicite
Auctore Domino ~~salubriter~~ spiritualiter et temporaliter
augmentare Quocirca eidem Antistiti per Aplica Scripta
mandamus quatenus ipse dictum Pallium juxta infrascriptam
formam Tibi assignet ac Nostro et Romane Ecclesie nomine
sub altera forma juramentum huõi recipiat ejusque sic a Te
prestiti juramenti formam Nobis de Verbo ad Verbum per suas
patentes literas suo sigillo munitas per proprium Nuncium quam
tocius destinare procuret Forma autem qua Antistes prefatus
in assignando Tibi Pallio utetur hec est = Ad honorem

Omnipotentis Dei ac Beate Marie Virginis et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Domini Nostri Pii Pape Noni et S. R. E. nec non Metropolitane Ecclesie Mohiloviensis Tibi commisse tradimus Tibi Pallium de Corpore Beati Petri sumptum plenitudinem videlicet Pontificalis Officii ut eo utaris infra prefatam Metropolitanam Ecclesiam Mohiloviensem certis diebus qui exprimuntur in privilegiis Ei ab Apostolica Sede concessis Forma autem juramenti quod prestabis talis est = Ego Ignatius Holowinski Archiepiscopus Mohiloviensis ab hac hora in antea fidelis et Obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolice Romane Ecclesie et Domino Nostro Pio Pape Nono Suisque Successoribus canonice intrantibus non ero in consilio consensu vel facto ut vitam perdant sive membrum seu capiantur mala captione Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut Nuncios seu Literas ad eorum damnum me sciente nemini pandam Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem Legatum Apostolice Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo Vocatus ad Synodum veniam nisi impeditus fuero canonica prepeditione, Apostolorum limina singulis quadrienniis visitabo aut per me aut per meum Nuncium nisi Apostolica absolvat licentia. Possessiones vero ad Mensam meam pertinentes non vendam neque impignorabo neque donabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano Pontifice et Constitutionem super prohibitione Investiturarum bonorum Jurisdictionalium ad Ecclesias inferiores spectantium de Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vicesimo Quinto editam servabo Sic me Deus adjuvet et haec sancta

Dei Evangelia. Datum Romae apud Sanctum Petrum
Anno Incarnationis Dominicae Millesimo
Octingentesimo Quinquagesimo Primo Nonis
Septembris Pontificatus Nostri Anno Sexto =
loco ✠ Plumbi = Super emanat. Litteris Ego Notarius Apostolicus
presens Transumptum Signavi presentibus Dominis Carolo et
Aloisio Scalzi Testibus

Concordat cum originali El. Fianfanti Offis. Pilus

Il P. Card. Spinola Pro Dat.

Ita est Ludovicus Fanghi
Notarius Apost.

Pius Tolchi

Pius PP. IX.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem. Libentissimo prorsus animo nuper accepimus Litteras die 12. mensis Decembris superioris anni Petropoli datas episcopalis vestrae consecrationis nuncias, et gratissimi vestri in Nos animi testes, quibus, Venerabiles Fratres, vehementer delectati sumus. In illis enim religiosissimae vestrae mentis sensus catholicis Antistitibus plane dignos admirati fuimus, quibus egregie animati luculentissimis verbis profiteri gloriamini, Vos cum Dei gratia nihil umquam potius, nihil antiquius esse habituros, quam in quovis rerum discrimine Nobis, et Petri Cathedrae firmiter adhaerere, catholicae Ecclesiae doctrinam integram, inviolatamque tueri, defendere, atque omni vigilantia, studio, contentione fidelibus curae vestrae commissis consulere, atque prospicere, ut in catholicae veritatis professione stabiles, et immoti persistant, ac incedant per semitas Domini. Itaque, Venerabiles Fratres, dum Vobis summopere gratulamur de his egregiis vestris sensibus, quibus si umquam alias in hac praesertim tanta temporum asperitate sacri Antistites praediti esse debent, Vobis magis, magisque addimus animos, ut divino auxilio freti, atque in omnibus laborantes tamquam boni milites Christi, majorem Dei gloriam promovere, Ejusque Sanctae Ecclesiae causam, jura, libertatem fortiter, prudenterque tutari velitis, ac sedulo custodientes vigilias noctis super gregem curae vestrae concreditum nulli umquam sollicitudini, et labori parcatis, quo illum ab venenatis pascuis arcere, atque ad salutaria propellere possitis. Pro certo autem habete, nihil Nobis gratius futurum, quam ea omnia praestare, quae ad majorem cujusque vestrum, et vestri gregis utilitatem conducere posse in Domino noverimus. Atque inte-

rim Vobis persuasissimum sit, Nos, veluti tantopere optatis, in omni oratione, et obsecratione cum gratiarum actione a Deo Optimo Maximo humiliter exposcere, ut misericordiæ suæ divitias super Vos propitius semper effundat, Vobisque tribuat spiritum sapientiæ, et intellectus, spiritum consilii, et fortitudinis, vestrisque pastoralibus curis, et laboribus benedicat, quo fideles vigilantiæ vestræ traditi magis in dies eruditi verbis fidei, et crescentes in scientia Dei, declinent a malo, et faciant bonum, et quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia ediscant, amplectantur, exerceant. Atque hujus superni præsidii auspicem, et studiosissimæ Nostræ in Vos caritatis testem accipite Apostolicam Benedictionem, quam ex imo corde profectam, et cum omnis veræ felicitatis voto conjunctam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque Fidelibus curæ vestræ commissis peramanter impertimur.

Datum Cajetæ die 19. Februarii Anno 1849.

Pontificatus Nostri Anno Tertio

Pius PP. IX.

oratione,
iliter ex-
, Vobisque
vestrisque
traditi
nt a ma-
, quæcum
ctantur,
stræ in
o corde
Venerabi-
bis pera-

tio

Venerabilibus Fratribus

Ignatio Episcopo Caristensi Coadjutori Archiepiscopi

Mohiloviensis, [illegible]nuslao Episcopo Vilnensi, et Ga[illegible]

spari Episcopo Luceoriensi, et Zytomirie[illegible]

ad N.o 29. - Rome 1832. - 1178. 60

Camenecen.
Confectionis Processus ad Episcopatum

Quum propter obitum R. P. D. Francisci Borgiae Machiewicz Episcopalis Ecclesia Cameneciensis Pastoris sui solatio destituta remanserit, SSmus Dnus Nr Pius divina providentia Nonus Pontifex Maximus, spirituali eorum Christifidelium bono consulturus, benigne sibi proposuit ad illam vacantem Ecclesiam evehere R. D. Nicolaum Gorski, ejusdem Cameneciensis Cathedralis Canonicum et Vicarium Capitularem, qui egregiis animi dotibus ornatus atque idoneus ad Episcopale munus probe obeundum perhibetur. Tamen vero, ut in re tanti momenti omnia rite procedant juxta SS. Canonum

// // //

et Apostolicarum Constitutionum praescripta, Ipse Sacratissimus Princeps mandavit interea ad formam instructionis Urbani PP. VIII. consulto heic adligatae, consuetum confici canonicam inquisitionem, quam processum dicunt, super ejusdem Promovendi meritis et qualitatibus, nec non super illius Ecclesiae statu. Hujusce autem processus confectionem Eidem Sanctitati Suae placuit benigne hac vice committere R. P. D. Ignatio Holowinski Archiepiscopo Mohiloviensi, ipsi facultate etiam facta aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam ad hoc negotium, ubi opus esse dignoverit, subdelegandi; adjecta tamen obligatione ut praefatum processum (simul ac confectus fuerit) protinus authentica forma ad Urbem transmittendum

INSTRUCTIO PARTICULARIS

CIRCA CONFICIENDOS PROCESSUS

INQUISITIONIS IN QUALITATES EORUM, QUI PROMOVENDI SUNT AD REGIMINA CATHEDRALIUM; AUT ALIARUM SUPERIORUM ECCLESIARUM, VEL MONASTERIORUM.

Ad hoc, ut in dictis processibus conficiendis serventur Sacri Canones, & Concilia Generalia, præsertim Tridentinum, & Constitutio fel. record. Gregorij Papæ XIV. super forma hujusmodi processuum conficiendorum; sub Dat. Idib. Maij 1591. Pontificatus sui Anno primo.

Jussu Sanctissimi D. N. URBANI PP. VIII. edita.



ROMÆ MDCXXVII.
Ex Typographia Rev. Cam. Apost.

Superiorum permissu

Circa personas, ad quas spectat dictos Processus conficere,

SI Processus Inquisitionis conficiendus sit extra Romanam Curiam, hoc munus spectat ad Legatos Sedis Apostolicæ, vel ad Nuncios Provinciarum in locis, in quibus commorantur: Si non adsint Legati, neque Nuncij, spectat ad Ordinarios personarum promovendarum, & ipsis deficientibus, ad Ordinarios viciniores, qui ordo gradatim servandus est, nec quisquam debet sibi hoc munus arrogare præter ordinem supradictum, nisi Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo casu apparere debet de mandato speciali in principio Processus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine supradicto spectat processum conficere, consanguinitate, vel affinitate usque ad tertium gradum inclusive promovendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quod eo casu deferatur ad illum, qui proxime sequitur, servato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam sit legitime impeditus, ut per se ipsum Processum conficere non possit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius scripto, qui incipit, *Quicunque confecturus est*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem Prælato impedito.

Si Processus sit conficiendus in Romana Curia, videndum est, an Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, aut Principis, quo casu munus conficiendi Processum in Curia spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est Protector illius Provinciæ in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium.

Quod si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad nominationem, aut præsentationem, ut præmittitur, Processus conficiendus erit per Cardinalem a Romano Pontifice diligendum, qui de hujusmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel saltem vigore suæ assertionis aliquid narrari a Notario in principio Processus.

Quando contingat Processum confici debere de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab una ad alteram Ecclesiam sit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuntio Apostolico illius Provinciæ, vel Regni, ubi sita est Ecclesia, a qua aliquis transferendus erit, spectat ad Metropolitanum, si persona transferenda est Episcopus,

si vero est Metropolitanus, spectat ad Episcopum suum suffraganeum antiquiorem residentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum distantiam non posset commode per se ipsum testes examinare super aliquo articulo, ut puta, super legitimis natalibus, ætate, aut aliquo ejusmodi, licebit ei partem illam alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem universam inquisitionem.

Quoad Processus conficiendos, pro habenda informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus providendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Processum de qualitatibus promovendorum confecturi sunt. Si vero contingat in alia Provincia, vel Regno esse Ecclesiam, & in alia promovendum, tunc Prælatus inquirens poterit subdelegare Episcopo, qui erit vicinior ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, munus conficiendi Processum super statu dictæ Ecclesiæ, vel Monasterij.

Quomodo conficiendi sint Processus, ut dici possint et videantur confecti per viam Inquisitionis.

Quicunque confecturus est Processum Inquisitionis in qualitates promovendi, etiamsi sit Legatus, non per suos Vicarios, Auditores, vel alios Ministros, sed per se ipsum id munus exercere debet, licet possit ab hujusmodi personis, vel aliis viris peritis adjuvari: Hæc autem in specie servanda sunt.

Non recipiantur testes a promovendo, vel pro parte sua inducti, neque articuli ab ipso, vel nomine suo producti, sed Prælatus inquirens interrogatoria; seu articulos per se ipsum formatos habeat, & super eis examinet testes, quos de rebus inquirendis sincerum, & fidele testimonium daturos esse existimet; ipse ex officio suo secreto vocari mandet, & secreto examinet, ipsemet recipiat in manibus suis singulorum testium juramentum, quod ab Episcopis præstetur tacto pectore; a cæteris vero inferioribus cujuscunque qualitatis sint, tactis sacris scripturis, & ita respective referat Notarius Processum scripturus, qui etiam afferat, testem fuisse ex officio vocatum, & examinatum a Prælato inquirente: insuper Prælatus ipse testes interroget super unoquoque articulo: Ipsorum autem testium dicta una cum reliquis hoc negocium tangentibus scribat aliquis Notarius publicus, qui debebit etiam tam dicta testium, quam scripturas, & documenta producenda, ut infe-

rius

rius dicetur in processum, & in publicum instrumentum reducere. Articuli autem, & interrogatoria inferius describentur.

Circa qualitates testium vocandorum, et examinandorum quoad personam promovendi.

Testes sint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, sincerumque, ac fidele testimonium verisimiliter sint daturi, præsertim vero hujusmodi qualitates esse debent in testibus, qui interrogandi erunt de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, & aptitudine promovendi ad regendam Ecclesiam: Scire enim debent ipsi testes; quæ requirantur in eo, qui recturus est Ecclesiam Cathedralem, ad hoc, ut sit idoneus ad alios docen., aptus ad illam gubernandam, & dignus, qui ad eam promoveatur.

Non sunt recipiendi in testes Cognati, vel nimium familiares, aut inimici, sive æmuli personæ promovendæ.

In investigandis testium qualitatibus, adhibenda est diligentia per Prælatum inquirentem, ut cognoscere possit quam sint erga promovendum affecti, exindeque conjicere; utrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur, testibus ad memoriam reducet vim juramenti, & gravitatem perjuriis, admonebitque ipsos reos futuros apud Deum eorum omnium, quorum vel committendo vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, si vel falsi narrando, vel reticendo vera, causa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei Ecclesiis præficiantur.

Quo modo Prælatus inquirens procedere possit per viam inquisitionis, quando non habet notitiam personæ promovendæ.

Si contingat Prælatum inquirentem non habere sufficientem notitiam personæ promovendæ, ad hoc, ut possit deligere, & vocare testes ex officio, absque scientia ipsius promovendi, & secretò, poterit curare, ut ipsemet promovendus, vel aliquis alius det ei schedulam, in qua sint ordine descripta nomen dicti promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, professio, functio, si quam is forte exercuit, loca, in

quibus Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, amici, & familiares, aliæve personæ, quæ tam ipsum, quam parentes ejus intime norint.

Cum autem hujusmodi schedula petenda sit tantummodo ad habendam quandam extrajudicialem notitiam eorum, quæ Prælatum inquirentem scire oportet pro inquisitione facienda, non debebit ipsa schedula inseri processui, neque de ea aliqua mentio in dicto processu fieri, sed ad partem servari, donec inquisitio perficiatur, & ea perfecta, poterit lacerari, si prælato videbitur.

Interrogatoria, quæ necessaria sunt ad inquirendum omnes qualitates, quæ in promovendis requiruntur.

1 An testis cognoscat promovendum, quomodo, à quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat in qua civitate, vel loco, & Dioecesi promovendus sit natus, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis, & Catholicis parentibus, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat cujus ætatis sit, præsertim, an expleverit ann. 30 & quæ sit causa scientiæ.

5 An sciat eum esse in sacris Ordinibus constitutum, quibus, a quo tempore citra, præsertim an ante sex menses, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum esse in Ecclesiasticis functionibus & in exercitio Ordinum susceptorum diù versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem & devotum, & quæ sit causa scientiæ.

7 An sciat eum semper Catholice vixisse, & in fidei puritate permansisse, & quæ sit causa scientiæ.

8 An sciat eum præditum esse innocentia vitæ, bonisq. moribus, & an sit bonæ conversationis, & famæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat eum esse virum gravem, prudentem, & usu rerum præstantem, & quæ sit causa scientiæ.

10 An sciat eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, & an vere ea doctrina polleat, quæ

in

in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

11 An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse, & quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores, & quæ sit causa scientiæ.

12 An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliovè Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralem promoveri, & quæ sit causa scientiæ.

13 An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralem, & præsertim eam, ad quam ipse est promovendus, an dignum, qui ad illam promoveatur, & an ipsius promotionem eidem Ecclesia utilem, & proficuam futuram esse censeat, & quare ita existimet. Depositiones testium seriatim, & per extensum scribantur: neq. precisè affirmationes, seu negationes tantummodo admittantur.

Quæ requiruntur ad perfectam inquisitionem præter ea, quæ ex testibus habebuntur

Quoad Sacros Ordines, petendæ sunt a promovendo, & processui inserendæ, originales Bullæ, vel litteræ testimoniales collationum ipsorum Ordinum, vel saltem earum exemplaria in forma authentica, præsertim si testes in sufficienti numero non deposuerint, se non modo vidisse eum ca tantem Epistolam, & Evangelium vel celebrantem, sed etiam legisse dictas bullas, vel litteras testimoniales, vel interfuisse collationib. Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum similiter inserendum est processui Privilegium originale, vel ejus exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti, vel promovendo videbitur, processui etiam adjungantur aliquæ Brevia Literæ patentes, vel aliæ scripturæ, aut publica documenta, quibus major, aut melior probatio habeatur de natalibus, & functionibus promovendi, vel aliud ejusmodi præsertim si testes circa ea sufficienter, & plene non deposuerint, recipiantur, & adiungantur.

Si forte promovendus nullum habet gradum in sacra Theòlogia, vel in Jure Canonico necesse est, ut præter probationem aliunde habendam circa ejus doctrinam, juxta

præinsertum decimum interrogatorium, pro parte promovendi exhibeatur publicum alicujus Academiæ testimonium, quo idoneus esse declaratur ad alios docendos, quæ populum Christianum scire oportet. Persona promovendi enuntietur hac nota, videlicet si sit Prælatus Admodum R. P. si vero non sit R. N. N. Promovendus nunquam vocetur Electus, neque ipse se talem vel nominet, vel scribat, nisi ubi præcesserit electio Capituli, aut Conventus.

Quid servandum quoad probationem doctrinæ quando promovendi orti sunt in Provinciis, in quibus non sunt Universitates Studiorum, neque consuetum est suscipi gradum aliquem.

In hujusmodi locis, & personis sufficiet, si testimonio virorum gravium, & sacræ Theologiæ, vel Juris Canonici peritorum constet, promovendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, ut idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneri sibi injungendi necessitati valeant satisfacere; Ideo formandum erit interrogatorium ad hunc sensum, juxta quod si testes deposuerint se de scientia promovendorum certos redditos esse, ex eo, quod prædictos promovendos specimen suæ doctrinæ publice, vel privatim dedisse cognoverint; hoc modo sufficiens causa scientiæ dici poterit, alias non plene probabunt doctrinam ad mentem supradictæ Constitutionis Greg. XIV.

Quid servandum, si promovendus sit Regularis

Omnia, quæ servari debent in promovendo ad Ecclesiam Cathedralem, si sit Secularis, servanda etiam sunt, si sit Regularis.

Sed quia Regulares non solent ut plurimum suscipere insignis doctoratus in Universitatibus Studiorum, necesse est juxta decretum Conc. Trid. ut promovendus Regularis a suis Superioribus regularibus testimonium habeat sufficientis doctrinæ, & quod sit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi sunt dumtaxat, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, sive ij cujusvis Ordinis Abbates, Magistri, Ministri, aut Præpositi generales, vel quarumlibet Congregationum Præsidentes, sive Definitores, aut Visitatores, Capitulum generale re-

præ-

præsentantes, sive alij quocumque vocabulo nuncupentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales Ordinum, aut Congregationum succedunt.

Animadvertendum tamen, quod præter suprascriptum testimonium, est etiam aliunde inquirendum in hujusmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum est de Seculari, qui habet suæ doctrinæ testimonium a publica aliqua Academia.

Quid servandum in translatione alicujus Episcopi ad alteram Ecclesiam.

Servanda est eadem forma inquirendi ex officio, quæ superius dicta est.

Si Episcopus transferendus promotus fuit post publicationem Concilij Tridentini, & constat in processu tunc temporis confecto, ple.e probata esse omnia requisita, sufficiet inquirere, & testes examinare super infrascriptis articulis: Si vero non constet de hujusmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit testes examinare super omnibus articulis superius descriptis, vel saltem super illis, de quorum probatione non constiterit, & præterea super articulis sequentibus erunt utroque casu omnino examinandi testes, & de contentis in eis facienda inquisitio ex officio, videlicet.

1 An testis cognoscat Episcopum transferendum, quomodo, a quo tempore citra, an si ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus.

2 An sciat ipsum consecrationis munus suscepisse, & quæ sit causa scientiæ.

3 An sciat per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

4 An sciat eum in sua Ecclesia, & dioecesi assidue resedisse.

5 An sciat eum diligenter, & saepe, dictam suam Ecclesiam, & Dioecesim visitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse, & providisse, ejusque decreta, & mandata debitae executioni demandari curasse, & quæ sit causa scientiæ.

6 An sciat eum sæpe solemniter celebrasse, Ordinationes juxta necessitatum exigentiam habuisse, Confirmationis Sacramentum ministrasse, cæteraque Pontificalia exercuisse, & quæ sit causa scientiæ.

An

7 An sciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando specimen dedisse, ac verbo, & exemplo profecisse, & quæ sit causa scientiæ.

8 An sciat eum prudenter ubilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conservandis, & augendis jurisdictionibus spirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ.

9 An sciat vere ea doctrina ipsum ad præsens pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ.

10 An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N. & an censeat ejus translationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, & proficuam, & quare ita existimet, & censeat.

Quid servandum circa inquisitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Consistorio promovendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Præfecturas.

Eadem omnia servanda sunt, quæ dictum est servari debere in promouendis ad Ecclesias Cathedrales, præsertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa est Monasterio jurisdictio spiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò super ejusdem interrogatorijs examinandi sunt testes, mutatis tamen mutandis, respectu Ecclesiæ Cathedralis, & respectu Monasterij, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa professionem Ordinis, & tempus, à quo eam emisit: Circa verò ætatem sufficiat interrogare, & scire, cujus ætatis sit, non restringendo se ad trigesimum annum expletum; postea enim videbitur, an in hujusmodi promovendo sit ætas legitima respectu dignitatis, ad quam promoveri debet.

Quo ad doctrinam, cum promovendi ad hujusmodi dignitates regulares non sint per Concilia generalia adstricti ad gradum Doctoratus, sive Licentiæ, vel ad publicæ Academiæ testimonium, & nihilominus æquum sit, ut ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant, Prælati inquirentes studiosè, ac diligenter inquirere debebunt super doctrina ejusmodi personarum juxta modum, & formam superius notatam, ut Romanus Pontifex habita informatione, quæ nam sit promovendi doctrina, judicare possit, an sit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Cir-

Circa fidei possessionem emittendam à promovendis, tam ad Ecclesias Cathedrales, quam ad dignitates Regulares.

FIdei Professio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquisitio (servato ordine superius dicto) pertinet, à quo si promovendus longe distet, poterit idem Prælatus subdelegare receptionem dictæ professionis Ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Prælatus recipiet professionem fidei à promovendo, præsente Notario publico, ac testibus, ipse autem promovendus eam emittet genibus flexis ante Prælatum, & in fine tangendo ambabus manibus sacrosancta Evangelia, & spondendo, vovendo, ac jurando, prout in forma, ea deosculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen suum exprimendum erit ea dumtaxat sua propria manu adscribet.

Prælatus propriæ etiam manus subscriptione in fine exemplaris dictæ professionis testatur, eam à se receptam fuisse sub hac forma, ego N. fidei professionem juxta suprascriptam formam à R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emissam recepi, & ita testor manu propria.

Demum Notarius, qui præsens fuit publico instrumento in calce ejusdem exemplaris immediate post subscriptionem Prælati inquirentis, extensò fidem faciet de prædictæ professionis emissione; ac receptione præsentibus testibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maxime curandum est, ut exemplaria professionis fidei transmittantur absque mendis, ne levibus quidem, cum nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apostolica præscriptam, nimisq; non modo Notarij scribendis, sed etiam præcipuè Prælati inquirentis incuria circa hoc notetur in Sacro Consistorio, quando in eo sit relatio processus, & mendorum in professione fidei repertorum, cum necesse sit ea etiam nominatim referre, ideo experiens erit ad tollendam occasionem errorum provenientium ex incuria scribentis, ut ubique imprimantur exemplaria; juxta formam Romæ impressam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendosè imprimantur: Cum verò transmittenda sunt instrumenta professionis fidei, hæc ipsa subscribantur à profitente, & a Prælato inquirente, & in eisdem Notarius extendat instrumentum, prout dictum est.

Interrogatoria pro habenda informatione Status Ecclesiæ.

1. An testis sciat in qua Provincia sita sit Civitas N. cujus situs, qualitatis, & magnitudinis sit, quo confletur domibus, & quot Christi fidelibus inhabitetur, cujus dominio in temporalibus subjaceat, & quæ sit causa scientiæ.

2. An sciat in illa Civitate esse Ecclesiam Cathedralem, vel Matropolitanam, sub qua invocatione, cujus structuræ, & qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

3. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, an sciat quot Episcopos suffraganeos habeat, & qui sint, si est Episcopalis, an sciat cui Archiepiscopo sit suffraganea, & quæ sit causa scientiæ.

4. Quot & quales sint in dicta Ecclesia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Ecclesiastica, quis sit numerus omnium Præsbyterorum, & Clericorum inibi in divinis inservientium, quæ sit dignitas major post Pontificalem, quales sint redditus dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adsint præbenda Theologalis, & Poenitentiaria, & quæ sit causa scientiæ.

5. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an sit in ea fons Baptismalis, & quæ sit causa scientiæ.

6. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili, cæterisque rebus ad divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda, necessariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & coemeterium, & quæ sit causa scientiæ.

7. An sint in ea corpora, vel aliquæ insignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo asserventur, & quæ sit causa scientiæ.

8. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem, quantum distet ab Ecclesia, & an reparatione indigeat, & quæ sit causa scientiæ.

9. An sciat verum valorem redituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis, ad quam summam annuatim ascendant, in quibus consistant, an sint aliqua pensione onerati, ad cujus, vel quorum favorem dicta pensio sit reservata, & quæ sit causa scientiæ.

10. Quot existant illa Civitate Ecclesiæ Parochiales, & an unaquæque habeat fontem Baptismalem, quot item in illa existant Collegiatæ, quot Monasteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hospitalia, & an ibi sit Mons Pietatis, & quæ sit causa scientiæ.

11 Quantum sit ampla Diœcesis, quot, & quæ loca complectatur, & que sit causa scientiæ.

12 An in ea erectum sit Seminarium: quot in eo pueri alantur, & quæ sit causa scientiæ.

13 An ipsa Ecclesia vacet, quomodo, à quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

De statu Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, quantum fieri poterit, diligens examen instituatur, neque admittantur Tituli in Provinciali non descripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegij non reperiuntur.

Interrogatoria pro habenda informatione status alicujus Monasterij

1. In qua Provincia, & Diæcesi sit Monasterium, & quæ sit causa scientiæ.

2. Cujus Ordinis sit, & quæ sit causa scientiæ.

3. Quis sit numerus Monachorum, & quis eos tanquam caput regere consueverit, & quæ sit causa scientiæ.

4. Sub qua invocatione sit Ecclesia ipsius Monasterij, cujus structuræ, & qualitatis. An in digeat reparatione, & quæ sit causa scientiæ.

5 Qui sint redditus mensæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus mensæ Conventualis, & quæ sit causa scientiæ.

6 An Monasterium habeat aliquam jurisdictionem temporalem, aut spiritualem quam, & in quos, & quæ sit causa scientiæ.

7 An habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur, & quæ sit causa scientiæ.

8 An vacet, quomodo, & a quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ.

Quid agendum perfecta Inquisitione.

Cum totum examen, seu Inquisitio de persona promovenda, & informatio de statu Ecclesiæ, seu Monasterii perfectæ fuerint, Notarius eas, una cum scripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Professione Fidei in instrumentum publicum rediget.

Si Processus Inquisitionis confectus fuerit extra Rom. Cur. Prælatus, qui eam confecerit ad Pontificem clausum; & obsignatum transmittet, si Ecclesia, vel Monasteria non sint ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicujus Regis, si vero de hujusmodi nominatione, vel præsentatione, transmittet processum ad

Car-

Cardinalem illius Regni, vel Provinciæ Protectorem, in qua est Ecclesia, vel Monasterium providendum.

Ipse autem Prælatus, vel per literas separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem hujusmodi processus significabit, quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo judicio habenda sit, simul etiam quid de promovendo ipse sentiat.

Processus sic formatus, & transmissus primum a Cardinale, cui illum in Consistorio referendi munus incumbet; deinde a tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum subscribetur, & postea fiet relatio in Consistorio.

Cardinalis relator monere debet promovendum, si præsens in Curia sit, ut juxta Concilium Lateranen. novissimè celebratum, omnes Cardinales, vel majorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesia, vel Monasterium proponatur, ut quæ a referente Collega sunt audituri, oculata fide, quantum ad personam ipsius promovendi attinet, cognoscere possint.

curet. Qua porro super re hoc edi jussit Decretum, et inter acta S. Congregationis Consistorialis perpetuo asservari. Datum Romae hac die 14: Junii Anno Domini 1852. = = = = = = = = = = = = =

Rogerius Antici Mattei
S. Congnis Consistorialis Secrius

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater
Domine Domine Clementissime

Verba mihi desunt ad exprimendum illud gaudium quod 21 Novembris expertus sum, quando nempe felicem me esse licuit ab Illustrissimo Episcopo Miltensi accipere Litteras Sanctitatis Tuæ 22 Augusti pro me expeditas; ex quibus cum vehementi animi commotione et intima indignitatis meæ conscientia comperi, Tuum, Sanctissime Pater, consilium in eo esse, ut me ad dignitatem Episcopalem promoveas. Non possum quoque exæquare dictis illam gratam et jucundam animi mei affectionem, qua Benedictionem Tuam Apostolicam excepi, et ea verba paterni affectus, quibus Sanctitas Tua enunciare dignata est benignam attentionem Suam ad exiguas qualitates meas; sed mœror meus longe

major erat ex eo, quod contra voluntatem meam cor Supremi Pastoris contristare potuerim. – Fateor, me visitasse catholica scientiarum theologicarum instituta, ast hoc feci cum expresso consensu et assistentia vicarii generalis cujusq capituli. – Jus canonicum exceptis duobus seminariis antea nullibi praelegebatur: modo vero virtute facultatis anno 1844 Decembris 25 a Regimine concessae, istud per Rectores ipsos in omnibus seminariis exponitur. – Quod professores acatholicos attinet; hi antepositi sunt catholicis, eo quod unice ad objecta quae tradunt idonei putabantur; ego vero, dum nulla hac in re neque ecclesiastica neque civili auctoritate instructus sim, ullas partes neque habui neque habere potui, quandoquidem institutio et confirmatio professorum nunquam a me pendebat. Ordo, qui modo in seminariis observatur, fuit admissus et introductus tum per Episcopos ipsos, qui tunc in vivis erant, tum per Administratores dioecesium. – Hae omnia cum filiali sinceritate addusi, non ut meam innocentiam vindicem,

non ut dignitatem Episcopalem ambiam, in hac enim non est difficile ingens onus pervidere, sed unice eo consilio et desiderio, ut Sollicitudini Tuę paternę ~~circa bonum Ecclesię nostrae~~ mei causa contristatae aliquod levamen suppeditem. — Praecepta Tua, Beatissime Pater, scribam in tabulis cordis mei, tota anima illis inhaerebo, et omnibus viribus conabor vias eorum observare. Semper, auxiliante Deo, intentus eram eas affectiones in corde et animo meo fovere, quae vere catholicum decent: hinc obedientiam Ecclesię, Tibi, Beatissime Pater, et Petri Cathedrę semper jungebam cum illa obedientia et fidelitate, quę ex catholicis regulis Augustissimo Imperatori debetur. Ab hisce duobus sanctis officiis, ab hisce Salvatoris praeceptis, sive quod idem est, a charitate Christi non poterunt, spero in Domino, me separare ea etiam, quę S. Paulus Apostolus enumerat. Verum cum in optimis coeptis absque gratia

divina persistere nequeamus, procumbens ad Pedes Tuos apostolicam Benedictionem humillime exposco

Sanctitatis Tuae

Beatissime Pater

Adres Sanctissimo ac Beatissimo in Christo Patri

Domino Domino

Pio divina providentia Papae Nono

Sacrosanctae Romanae ac universalis Ecclesiae

Pontifici Maximo

Domino Clementissimo.

Humillimus et obedientissimus Servus

Pougher. Sanctissime ac Beatissime in Cho Pater

Dne Dne Clementissime

Post oscula Beatorum pedum Sanctitatis Vestr

Presbyter Canonicus Ignatius Hłodowiński